A. p. 1 Liber sacramentorum missae (al. Mystica missarum). Inc. Tria sunt in quibus praecipue lex diuina consistit. Cf. cod. lat. 3261 (fol. 248) et alias. p. 105 Visio diuina quam uidit quidam frater ord. cysterc. nomine Rudolfus. p. 106 Chunradi (IV) archiep. Saltzburg. epistola ad Wernhardum ep. Pataujensem.
B. p. 1—203 Breuiarium s. Ordo diuinorum officiorum. p. 203 Notitia de ecclesia Ranshofensi a. 1283 ab Hainrico (II) ep. Ratisponensi reformata.
p. 204—215 et 218 sq. **Adalberti** vita S. Hainrici (II) confessoris imperatoris. Cf. Pertzii Scriptt. IV, 792.
p. 216 Series archiepiscoporum Saltzburgensium.

759 **12636** (Ransh. 36) membr. in 4°. s. XII/XIII. 110 fol.
Hugonis de S. Victore de sacramentis christianae fidei liber II.

760 **12637** (Ransh. 37) membr. in 4°. s XIV. 300 fol.
Petri (de Tarantasia) Quaestiones in librum IV. Sententiarum.

761 **12638** (Ransh. 38) membr in 4°. s. XIV. 241 fol.
Guilelmi Peralti Summa uitiorum. f. 239 S. Benedicti vita metrica. Inc. Bis bini iusti narrant uitam benedicti; cf. Mone 842.

762 **12639** (Ransh. 39) membr. in 2°. s. XIII. 198 fol.
Zachariae Chrysopolitae expositio in Ammonii concordiam euangeliorum. f. 193 Interpretatio nominum in euangelio. f. 195 De essentia diuinitatis. Cf. Augustini opera VIII, 1199 ed. Migne. Hieronymi opp. XI, 138 ed. Vall.

763 **12640** (Ransh. 40) membr. in 2°. s. XII/XIII. 114 fol.
F. 1 Liber de uita SS. Patrum a S. Jeronimo editus. Inc. Benedictus deus qui uult omnes homines saluos fieri. Est **Rufini** liber de vitis Patrum s. historia monachorum f. 1—41. — f. 41 **Hieronymi** vita s. Pauli. f. 45 Athanasii vita S. Antonii Euagrio interprete. f. 60 Hieronymi vita S. Hilarionis. f. 75 Eiusdem vita S. Malchi monachi qui captiuus ductus est. f. 78 Vitae patrum. Inc. prologus: Qui homo dei et christi esse iam cepit. Prima vita est S. Frontini. Cf. cod. lat. 13081 fol. 33.
f. 107 **(Adalberti)** Vita S. Henrici II imperatoris; cf. Pertzii Scriptt. IV, 792. f. 111 De signis S. Chunigundis. f. 114 Officium de eadem; adiectae sunt notitiae de imperatrice et eius familia; cf. Scriptt. IV, 791.

764 **12641** (Ransh. 41) membr. in 2°. s. XII. 97 fol.
Passio sive Legenda SS. Apostolorum.

765 **12642** (Ransh. 42) membr. in 2°. s. XIV. 274 fol.
Legenda Sanctorum (XXXVII). Prima est S. Sylvestri, ultima (perbrevis) S. Dorotheae.

12643 (Ransh. 43) membr. in 2°. s. XIII. 357 fol. 766
F. 1 **Jacobi de Voragine** Legenda aurea Sanctorum.
f. 350 Legenda S. Pangratii.
f. 356 Index librorum (mss.) ecclesiae Ranshofensis.

12644 (Ransh. 44) membr. in 4°. s. XIII/XIV. 502 fol. 767
Jacobi de Voragine Legenda aurea Sanctorum cum indice. f. 451 S. Jodoci vita cum officio de eo. f. 475 S. Ruperti vita, item cum officio.

12645 (Ransh. 45) membr. in 4°. s. XIV. 259 fol. 768
Jacobi de Voragine Legenda aurea Sanctorum. Extrema folia in media vita S. Caeciliae excisa sunt.

12646 (Ransh. 46) membr. in 2°. s. XIII. 24 fol. 769
Cantica canticorum cum glossa copiosissima. Praecedit longus prologus sic incipiens: Omnes animae motiones uniuersitatis conditor creauit ad bonum.

12647 (Ransh. 47) membr. in 2°. s. XIV. 36 fol. 770
Apocalypsis S. Johannis cum glossa.

12648 (Ransh. 48) membr. in 2°. s. XIII. 177 fol. 771
Sermones in dominicas et festa per annum.

12649 (Ransh. 49) membr. in 2°. s. XII. 201 fol. 772
Epistolae et Euangelia per annum.

12653 (Ransh. 53) membr. in 4°. s. XIII/XIV. 179 fol. 773
(Odonis) Expositio euangeliorum per annum.

12654 (Ransh. 54) membr. in 4°. s. XIV. 38 fol. 774
Sermones de tempore et de Sanctis.

12655 (Ransh. 55) membr. in 4°. s. XIV/XV. 135 fol. 775
F. 1 **Augustini** sermones de contemptu saeculi ad Eremitas. f. 100 S. **Bernhardi** abb. Clarev. formula honestae vitae; f. 105 eiusdem meditationes. f. 132 **Augustini** (?) sermo (n. 293).

12656 (Ransh. 56) membr. in 4°. s. XIII. 181 fol. 776
Bernardi Clarevallensis sermones.

12657 (Ransh. 57) membr. miscell. in 4°. s. XIII et XIV. 184 fol. 777
F. 1 **Bartholomaei de Breganza** Vicentini sermones de tempore et de Sanctis. f. 88 Sermones de Sanctis. Primus est de S. Augustino sic incipiens: Justum deduxit dominus per uias rectas. f. 159 Sermones de S. Maria. f. 175 Sermones alii ad calcem manci.

12658 (Ransh. 58) membr. miscell. in 4°. s. XIII et XIV. 232 fol. 778
F. 1 De VII sacramentis. Inc. Christus magnus medicus est.
f. 6 Prophetia **Methodii** episcopi.
f. 11 Sermonum de tempore et de Sanctis adumbrationes. f. 203 Hippocratis epistola ad Antiochum regem.
f. 205 Versus de vitiis principalibus cum longo commento. Incipit (de superbia): Deicit infatuat condempnat deprimit inflat.

Subscriptio libri haec est: Explicit tractatus peroptimus atque breuis de VII. uitiis principalibus quem scripsit **Chunradus Mappamundi.**

f. 219 De inferno. f. 225 'Abecedarius optimus'. Est vocabularium biblicum cum glossis germanicis.

779 **12659** (Ransh. 59) membr. in 4°. s. XIV. 47 fol.
Themata sermonum de tempore et de Sanctis.

780 **12660** (Ransh. 60) membr. in 8°. s. XIV. 129 fol.
Sermones de tempore et de Sanctis.

781 **12661** (Ransh. 61) membr. in 8°. s. XIV. 221 fol.
Sermones auctoris incerti gallici. Liber in Gallia scriptus est.

782 **12662** (Ransh. 62) membr. in 8°. s. XIV. 120 fol.
Honorii Augustodunensis Speculum ecclesiae. Adiecta est charta, in qua legitur carmen germanicum (planctus monialis cuiusdam) a Docenio descriptum. Cf. Doceniana in catal. codd. germ. sub c n. 48 p. 539.

783 **12663** (Ransh. 63) membr. in 4°. s. XII. 132 fol.
F. 1 **Ambrosii** libri III de officiis. — f. 118 **Martini (Dumiensis)** liber de IV uirtutibus. — f. 124 Ambrosii (?) sermo de dignitate sacerdotali. Cf. ed. Bened. App. p. 357.

784 **12664** (Ransh. 64) membr. in 8°. s. XII. 157 fol.
F. 1 **Burcardi Rufi** Passionarium Sanctorum abbreviatum.
f. 105—139 et 148—156 Homeliae in Evangelia. — f. 139—147 Legenda S. Oswaldi.

785 **12665** (Ransh. 65) membr. miscell. in 4° min. s. XIII et XIV. 171 fol.
F. 1 Sermones. f. 99 De confessione etc. f. 133 Exempla.
f. 142 Versus de nominibus uolucrum, item ferarum. Inc. Hic uolucres celi referam sermone fidei (scr. fideli), cum glossis germanicis.
f. 143 Summa confessionis. f. 152 Tractatus VII principalium uitiorum. f. 158 Tractatus IV cardinalium uirtutum.

786 **12666** (Ransh. 66) membr. in 8°. s. XIV. 156 fol.
Jacobi de Voragine Sermones quadragesimales.

787 **12667** (Ransh. 67) membr. in 8°. s. XIII. 45 fol.
F. 1 Quaestiones de prophetis, de creatione, de deo etc. Inc. Primo igitur sciendum omnium prophetarum praecipuum esse Moysen. f. 42 De sacramento eucharistiae cum carmine (f. 44) de corpore Christi, cuius hoc est initium: O lumen uerum genitum de lumine uero Christe dei patris uerbum sapientia uirtus.
f. 44ᵛ Initium carminis germanici 'Wilhelm d. h. v. Oranse' versibus latinis redditi. Cf. Wolfram v. Eschenbach herausg. v. Lachmann p. XLIII ed. I.

788 **12668** (Ransh. 68) membr. in 8°. s. XIII. 52 fol.
De sacramentis ecclesiae. Inc. Ad iustitiam credere debemus corde

et confiteri ore. f. 38 in medio versu est titulus: De excellentia sacrorum ordinum et uita ordinandorum. Inc. Qui christianam militiam in baptismate professi estis.

12669 (Ransh. 69) membr. in 8°. s. XIV. 155 fol. 789
Summa de sacramentis. Inc. De sacramentis dicturi uideamus in principio quid sit sacramentum. In charta praefixa notitia exstat de Judaeis et Saracenis.

12670 (Ransh. 70) membr. in 8°. s. XII. 66 fol. 790
Ruperti abbatis Tuitiensis Dialogus christiani et iudaei de sacramentis fidei sive Anulus. Cf. Patrol. lat. ed. Migne 170, 559.

12671 (Ransh. 71) membr. in 8°. s. XIII. 77 fol. 791
Anselmi archiep. Cantuarensis Lucidarius.

12672 (Ransh. 72) membr. in 12°. s. XIV. 571 fol. 792
Biblia utriusque Testamenti.

12673 (Ransh. 73) membr. in 4° min. s. X. 182 fol. 793
F. 2 **Bedae** Penitentiale. f. 6 **Egberti** Penitentiale.
f. 17 **Halitgarii** libri VII. Primus est de VIII principalibus uitiis (Inc. A paradisii gaudiis postquam expulsum est genus humanum); 2^us de actuali et contemplatiua uita et de uirtutibus, 3^us de ordine penitentum (sic), 4^us de iudicio penitentium laicorum, 5^us Regulae de ministris ecclesiae si deuiauerint canonicae prolatae. 6^us Qualiter sualiter (suabiliter *correctum*) suscipere debeant penitentiam episcopi uel presbyteri (est liber penitentialis Romanus col. 693 ed. Migne Patrol. lat. vol. 105). lib. 7^us de baptismo (18 capitula). Inc. Quomodo infans caticuminus efficitur. Anticus (Antiquus *corr.*) mos seruatur. Quicumque enim ad apostolos credentes baptizandi adueniebant etc.
f. 99 'Ex cognitione quarto sinodo titulo XVIII capitulo I—XVIIII'. f. 102 Quae christianae legis aduersa sunt (17 capitula). f. 105 Quae electi sacerdotes custodienda adque adimplenda cessuerunt (scr. censuerunt).
f. 107 Canones apostolorum de ordinatione episcopi.
f. 117 **Isidori Hispalensis** libri II de officiis ecclesiasticis. Libri II non supersunt nisi cap. 1—17 et initium cap. 18.

12690 (Ransh. 90) in 2°. s. XIV/XV. 488 fol. 794
Decretum Gratiani.

12691 (Ransh. 91) in 2°. a. 1406. 307 fol. 795
F. 1 **Ulrici abbatis de Lilienfeld** Concordantia caritatis de tempore et de Sanctis.
f. 146 **Jacobi de Lusanna** Compendium moralitatum.
f. 202 Greculus de Sanctis. Inc. Elige tibi uiros. Iidem sermones exstant in cod. lat. 9730 hoc titulo: Officiarius de Sanctis.

12692 (Ransh. 92) in 2°. a. 1425. 324 fol. 796
Bartholomaei de S. Concordio Pisani Summa sive Flores iuris canonici ordine alphabetico. Adiectae sunt in fine Abbreviaturae in libris iuris canonici usitatae. — Scripsit Nicolaus Borke de Prusia.

797 **12693** et **12694** (Ransh. 93. 94) in 2°. a. 1477—1479. 831 fol.
Biblia sacra veteris et novi Testamenti. Posteriori volumini adiecta sunt f. 401—408 initia evangeliorum et epistolarum de tempore et de Sanctis per annum legendarum.

798 **12699** (Ransh. 99) in 2°. a. 1484. 299 fol.
Dictionarium de laudibus B. Mariae V. cf. Cod. lat. 8393.

799 **12700** (Ransh. 100) in 2°. s. XV. 262 fol.
F. 1 **Franc. Petrarchae** de remediis utriusque fortunae libri II.
f. 201 **Nicolai de Dinkelsbühl** meditationes de passione domini. f. 228 Eiusdem confessionale de VII uitiis, cf. cod. lat. 3257 (f. 65) et alias.
f. 236 Obiurgatio monachi inobedientis (epistola). Inc. Hoc frater mi dilecte meam peruenit ad audientiam.
f. 253 Conflictus vitiorum et virtutum; cf. cod. lat. 4368 etc.
Hunc et sequentem librum scripsit Laurentius de Eschenbach.

800 **12702** (Ransh. 102) in 2°. a. 1428. 286 fol.
Bartholomaei de S. Concordio Pisani Summa de casibus conscientiae ordine alphabetico.

801 **12703** (Ransh. 103) in 2°. s. XV. 293 fol.
F. 1 **Aegidii de Columna Rom.** liber de regimine principum.
f. 205 **Alberti Magni** tract. de causis et processu uniuersitatis a causa prima. Cf. cod. lat. 2757.
f. 269 **Thomas de Aquino** super Ethica Aristotelis.
f. 287 **Gwilduinus** coenobii St. Victoris Parisiensis abbas de vocabulis quae a diversis vario et diverso modo et scribuntur et pronuntiantur.
f. 290 sq. Tabula termini Paschae etc. in annos 1415—1456.
f. 292 sq. Etymologiae latinae.

802 **12704** (Ransh. 104) in 2°. s. XV. 343 fol.
F. 1 Novum Testamentum. Praecedit tabula epistolarum et evangeliorum per annum legendorum.
f. 163 Libri II Macchabaeorum. f. 201 Prophetae maiores et minores. f. 338 Versus memoriales de capitulis tam novi Testamenti quam librorum veteris, qui in hoc ipso codice leguntur.

803 **12705** (Ransh. 105) in 2°. s. XV. 276 fol.
F. 1 Biblia pauperum metrica. f. 22 Index evangeliorum de tempore et de Sanctis per annum legendorum.
f. 33 'Genealogia Salvatoris per historias Bibliae' cum figuris (arboribus cognationum). Inc. Considerans historiae sacrae prolixitatem.
f. 47 'Ordo gestorum Christi cum concurrentibus evangelistarum'. Inc. In principio erat verbum.
f. 54 Tractatus theologicus 5 partibus constans: de aversione, de revocatione, de conversione, de merito et sacramentis, de premio. Inc. Deum qui te genuit dereliquisti.

f. 168 **Nicolai de Hanapis** ord. praedic. liber de exemplis sacrae scripturae. Inc. Creatio rerum fuit ita mirabilis. — Librum scripsit Wilh. Pürstinger de Patavia.

12706 (Ransh. 106) in 2°. a. 1471 et 1477. 231 fol. 804
F. 1 **Humbertus** super regulam S. Augustini. — f. 198 Summa quatuor nouissimorum. Jnc. Memorare nouissima tua.

12707 (Ransh. 107) in 2°. s. XV. 393 fol. 805
F. 1 **Aristotelis** Topicorum libri VIII. f. 66 Commentarius in eosdem. f. 100 Mag. **Biridani** quaestiones topicorum. f. 136 **Arnulphi** scripta super libros Topicorum. Inc. Triplex est principium.

12709 (Ransh. 109) in 2°. a. 1423. 221 fol. 806
F. 1 **Nicolai de G.** (Gorra?) Postilla seu sermones cum prothematibus super evangelia de Sanctis. Inc. At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum. hoc evangelium legitur in die S. Andreae.
f. 127 **Henrici de Hassia** tract. de X praeceptis (cum locis germanicis). — f. 168 Tract. de occultatione vitiorum sub specie virtutum. Inc. Est via quae videtur homini recta.
f. 177 Passio Christi secundum IV Evangelistas.
f. 182 Figurae Bibliae utriusque Testamenti.
f. 185 Flores IV librorum Sapientiae ad ordinem alphabeti reducti. f. 221 Flores ex iure collecti.

12711 (Ransh. 111) in 2°. a. 1440. 276 fol. 807
F. 1—85 **Nicolai de Dinkelsbühl** tractatus de X praeceptis. f. 94—152 Idem de VII mortalibus peccatis. Eiusdem Confessionale de peccatis m. f. 153—185 Eiusdem tract. de penitentia. f. 186—202 Idem de VIII beatitudinibus. f. 213—278 Idem de oratione dominica.
f. 85—93 **Wilhelmus Parisiensis** de X praeceptis.
f. 239 **Nicolaus de Grätz** super symbolo. f. 248 Quaestiones theologicae.
f. 260 (**Joh. Geuss**) De ludo aleae et taxillorum. Inc. Confundatur sortium distributio.

12712 (Ransh. 112) in 2°. s. XV. 263 fol. 808
F. 1 **Nicolai de Dinkelsbühl** Sermones de tempore. f. 251 Quaestiones theologicae, quarum prima: utrum missa boni sacerdotis sit melior quam mali.

12713 (Ransh. 113) in 2°. a. 1418 sq. 287 fol. 809
F. 1 Sermones de tempore. Inc. Aduentum domini recolentes etc. f. 168 Quadragesimale.
f. 216 **Hainrici de Hassia** expositio missae. f. 222 Idem de accidentibus missae.
f. 224 'Moderni glosatoris dicta super oratione dominica'. f. 228 De symbolo. f. 235 Fasciculus myrrhae super IV passiones Jesu Christi. Inc. Beatus qui intelligit. — Librum scripsit Thomas Wismayer.

810 **12714** (Ransh. 114) in 2°. s. XV. 209 fol.
F. 1 **Nicolai de Dinkelsbühl** sermones XVIII de Sanctis. — f. 109 **Henrici de Hassia** tract. de clavibus ecclesiae et de modo ligandi atque soluendi. — f. 121 Sermones in dedicatione ecclesiae, de restitutionibus ablatorum, de chorea.
f. 154 **Gregorii M.** Pastorale. f. 188 Quaestiones theologicae ab initio mancae.

811 **12715** (Ransh. 115) in 2°. a. 1429 sq. 214 fol.
F. 1 De symbolo S. Athanasii. f. 4 De fuga mulierum. f. 4ᵛ De gratia infusa.
f. 8 **Nicolai de Lyra** quaestio: utrum per scripturas a Judaeis receptas possit probari mysterium Christi in lege et prophetis promissum esse iam completum. f. 25 Eiusdem Postilla super librum Psalmorum. f. 214 Excerpta varia. — Scripsit Christianus Perger de Ekkenfelden in Ranshofen.

812 **12717** (Ransh. 117) in 2°. a. 1414 et 1398. 166 fol.
F. 1 **Henricus de Hassia** super Hieronymi prologos in libros Bibliae. f. 118 Idem de verbo incarnato. f. 123 Eiusdem expositio missae. f. 131 Idem de oratione dominica et de Ave Maria.
f. 138 Excerpta ex Conrado de Ebraco, Heinrico de Hassia, Heinrico de Oyta.
f. 142 Biblia pauperum (a. 1398). f. 146 Sermo de passione Christi. f. 149 De uitiis et uirtutibus et eorum ramis.
f. 155 **(Bernardi de Gordonio)** Tractatus de phlebotomia etc., 'inceptus in studio montis Pessulani a. 1307'. Inc. Homo est princeps et rex omnium animalium. Liber non est integer. Cf. cod. lat. 3073 fol. 50. — f. 156 Missum (i. e. epistola) regi Bohemiae per armenum medicorum optimum (est consilium de pestilentia in Bohemia grassante).

813 **12718** (Ransh. 118) in 2°. a. 1468. 206 fol.
Joannis de Deo Hispani Casus decretalium.

814 **12720** (Ransh. 120) in 2°. s. XV. 70 fol.
F. 1 Historiae Gothorum et Hunnorum (ex chronico Conradi abbatis Ursbergensis). f. 31 Historia Saxonum (ex eodem).
f. 45 'Excerpta ex Beroso et commentariis Joannis Annii'. — f. 53 Europae, Asiae, Africae regna. f. 61 Nomina personarum et locorum in historiis potissimum antiquis occurrentium cum explicatione (ordine alph.).

815 **12721** (Ransh. 121) in 2°. s. XVIII. 141 pagg.
P. 1 Regula S. Augustini.
p. 23 Constitutiones ecclesiae Ranshovianae. — p. 123 Catalogus Religiosorum Canoniae Ranshov. ab a. 1741—1772. — p. 135 Necrologium defunctorum Canonicorum reg. Ranshov. ab anno neo-aedificati huiusce monasterii 1620 ad a. 1771.

816 **12722** (Ransh. 122) in 2°. s. XV. 165 fol.
F. 1 **Heinrici de Hassia** Sermones dominicales et de Sanctis.

f. 52 (**Alberti Dissensis**) Speculum clericorum. — f. 112 (Rudperti episc. Olomicensis) Tractatus de X praeceptis. Inc. Sacra scriptura continet decem praecepta. — f. 128 Sermones varii (f. 163 **Augustini** de decima).

12723 (Ransh. 123) miscell. in 4°. s. XV (a. 1417) et XIV. 300 fol. **817**

F. 1 De ortu et gestis et translationibus SS. trium Regum. Cf. cod. lat. 5884 f. 230. f. 75 Canticum canticorum cum versione germanica.

f. 85 Fratris **Sibotonis** ord. praed. lectura super Miserere. — f. 164 De VII donis spiritus sancti. — f. 169 Mag. **Wilhelmus** (Parisiensis) de X praeceptis. Idem liber vulgo Henrico de Frimaria adscribitur. f. 228 **Bernhardi** Meditationes. f. 238 Idem de contemptu mundi. f. 241 Formula honestae vitae.

f. 243 **Seneca (Martinus Dumiensis)** de IV virtutibus.

f. 246 (**Bonauenturae?**) Imago vitae. Inc. Flecto genua mea etc. f. 264 (**Smaragdi**) tract. de oratione (alias liber inscribitur: Diadema monachorum). — f. 268 (**Henrici de Balina?**) Stimulus amoris. Inc. Currite gentes undique et miramini erga uos caritatem dei. — f. 291 **Augustini** (?) liber de essentia diuinitatis. — f. 295 **Bernardus** de IV gradibus scalae claustralis.

12725 (Ransh. 125) in 4°. s. XV. 205 fol. **818**

F. 1 Dicta excerpta tam ex libris sacris quam ex scriptoribus (imprimis philosophis) antiquis. — f. 30 **Aeneae Sylvii** epigrammata tria et carmen breve. — f. 31 De VIII speciebus turpitudinis.

f. 34 sq. **Senecae** ad **Paulum** et Pauli ad Senecam epistolae. f. 200—202 Senecae ad Lucilium epistolae quinque.

f. 36—195 **Aeneae Sylvii** et aliorum (Richardi de Valentia, Poggii, Michaelis de Phullendorf, Gasparis Slickh, Juliani Cardinalis, Guniforti Barzizii, Friderici Imperatoris, ducis Mediolanensis, ducis Burgundiae, Ludovici ducis Sabaudiae, Alberti Austriae ducis etc.) epistolae (96 numero). Praecedit index epistolarum. Cf. Archiv f. öst. Geschichtsqu. XVI, 331.

f. 196 Acta ad res Hungariae et regem Ladislaum spectantia. f. 203 sq. Praeceptum Hlodovici Imperatoris de Caranthana provincia (de qua contentio fuit inter Ursum episc. Aquileiensem et Adalramum archiep. Juvaviensem). — f. 205 Ludovici Imper. rescriptum ad fratres in Murrhart, ex Wormatia a. 817.

12726 (Ransh. 126) in 4°. a. 1443. 190 fol. **819**

F. 1 **Petri de Eliaco** (sic) Expositio in psalmos penitentiales.

f. 26 **Petri de Pirchenwart** Sermones. f. 84 Eiusdem tract. de detractione proximorum vivorum et mortuorum. f. 119 Idem de blasphemia et aliis vitiis.

f. 166 Utrum mortuus maritus resuscitatus a morte teneatur uxori coniungi iterato. f. 172 Aliae similes propositiones ma-

gistrorum Thomae de Wuldersdorf, Nicolai de Auly, Cunradi de Nurenberga, Joannis Gartner.

f. 179 Mag. **Fulberti** episcopi Lugdoniensis disputatio corporis et animae (metrica). Inc. Ecce mundus moritur uitiis sepultus; cf. ad cod. n. 3591 f. 110.

f. 186 De aliquibus contractibus. Inc. Consequenter est dicendum de aliquibus contractibus ein werbung vel wechsel. f. 190 De consecratione et reconciliatione ecclesiae. — Librum scripsit Wolfg. Masserolt de Nicalsperga.

820 **12727** (Ransh. 127) in 4°. a. 1460. 225 fol.

F. 1 **Andreae (de Escobar) Hispani** Lumen confessorum.

f. 72 **Alani** Anticlaudianus.

f. 78 De articulis quibusdam Wiclefistarum declarationes universitatis Wiennensis, f. 82 Pragensis, f. 89 licentiati cuiusdam iuris canonici universitatis Wiennensis (a. 1385).

f. 93 Quaestiones de horis canonicis. f. 101 De diuersa lapsorum reparatione. f. 194 Summula auctoritatum. f. 221 **Thomas de Aquino** de VII sacramentis.

821 **12728** (Ransh. 128) in 4°. a. 1458—1461. 344 fol.

F. 1 **Augustini** sermones ad eremitas.

f. 76 Bullae papales ex sexto Decretalium desumptae. f. 81 De consecratione ecclesiae. f. 85 De penitentia et indulgentiis. Inc. quid est remissio? — f. 92 De incarnatione et redemptione.

f. 99 **Johannis Wülffling** sermones aliquot.

f. 122 Visio S. Pauli poenarum purgatorii. — f. 134 Excludendi a communione. f. 142 Sermo. f. 146 **Thomae de Haselbach** sermo in die cenae. — f. 159 Auctoritates librorum Decretalium (ord. alphab.).

f. 217 **Luciani** dialogus Charon a Rinucio translatus. f. 224 Eiusdem Venditio illustrium uitarum philosophorum.

f. 231 Expositio vigiliarum mortuorum. f. 251 Sermones. f. 275 De passione domini. f. 283 **Joh. Gerson** de pollutionibus. f. 293 De communione. Inc. Probet autem se ipse homo et sic de pane illo edat. Cf. cod. lat. 8715 f. 292.

f. 305 Sermones (tres Augustini, f. 321 de Augustino).

822 **12729** (Ransh. 129) in 4°. a. 1400. 209 fol.

F. 1 Glossa interlinearis alias ordinaria dicta egregii doctoris **Augustini** in Psalterium.

f. 142 Sententiae s. auctoritates e libris Aristotelis. f. 156 Auctoritates Testamenti novi, f. 181 veteris.

f. 204 Calendarium cum Cisiojano. f. 207 Tabula intervallorum. f. 208 Versiculi memoriales. — Scripsit Stephanus de Swainkendorf.

823 **12730** (Ransh. 130) in 4°. a. 1470. 295 fol.

F. 1 **Pauli Wann** de Kemnaten tractatus de contractibus.

f. 107 Historia Udonis archiepiscopi Modenburgensis (sic).

f. 111 Historia Romanorum mystice explicata (i. e. Gesta Romanorum, non eodem quo vulgo leguntur ordine, sed fabulis et exemplis ad usum praedicantium mixta); cf. Oesterley nro. 64. Interiecta est f. 145 vita S. Eustachii qui ante baptismum vocabatur Placidus et f. 147 aliquot fabulae aesopicae.
f. 197 **Thomae de Haselbach** sermo de corpore Christi.
f. 222 sq. Collecta ex dictis **Nicolai Weigel** eximii doctoris de quadragena et carena.
f. 224 Deutsche sonntägliche Evangelien (vom Advent bis Aschermittwoch). f. 264 Passionsbetrachtungen. 'O lieber herr, als du nun das abentessen gessen hettest'. f. 279 Betrachtungen nach den sieben tagzeiten. 'O lieber herr, do du woldest anheben das gross werich vnser erlosung'. f. 282 Belehrung über das beichten. 'Gnad und frid unsers herren'. — f. 290 Maister **Hans Gerson** Ermanung von dem sterbunden menschen.

12741 (Ratisbon. Capucinorum) membr. in 2° mai. s. X/XI. 253 fol. **824**
Biblia sacra ueteris et noui Testamenti.

12755 (Ratisbon. Carmelitarum) in 4°. s. XVIII. 359 pagg. **825**
Brevis Armatura cum moderamine inculpatae tutelae pro defensione antiquitatis Carmelitanae Elianae successionis. Tituli B. V. Mariae de monte Carmelo et cultus antiquorum Sanctorum. Authore A. R. P. N. Georgio Carmelitarum discalc. Exprovinciali.

Codices num. 13001—13321 ex bibliotheca civitatis Ratisbonensis.

13001 (Rat. civ. 1) membr. in 2° max. s. X/XI. 275 fol. cum pictis figuris et litteris capitalibus. **826**
Bibliorum veteris Testamenti pars secunda (inde a Psalmis Davidis). f. 195 Libri novi Testamenti.

13002 (Rat. civ. 2) membr. in 2° mai. a. 1158. 229 fol. cum delineationibus. **827**
F. 1 Methodus varias aegritudines cauteriis curandi 22 figuris illustrata. f. 2 Corporis humani arteriae et venae duabus figuris exhibitae. f. 3ᵃ Historia ossium, lacertorum, nervorum tribus figuris similiter declarata cum regulis diaeteticis per anni menses. f. 3ᵇ 'Quot repleta malis sit uitae sors animalis Ex his nosse datur quo cognita praecaveatur'. Exhibentur ex historia sacra et profana sex figurae cupiditatis, opulentiae, appetentiae honoris, potentiae, gloriae, voluptatis exitum ostendentes. f. 4ᵃ 'Quam fecunda bonis sit uita comes rationis Ex

his perpendat et ad hanc mens sobria tendat'. Sex aliis figuris prudentia, caritas, mansuetudo, longanimitas, sobrietas, humilitas repraesentatae sunt.

f. 4b De situ urbis Hierusalem cum figura. Cf. Tobleri Bibliogr. geogr. Palestinae p. 10. f. 5 Registrum supellectilis sacrarii et armariae monasterii Pruviningensis a. 1165. f. 6 Catalogus librorum monasterii. f. 7 Figura: (homo) microcosmus quattuor elementa repraesentans. f. 8 **Salomonis** episcopi Constantiensis Glossarium dictum 'Mater uerborum'. f. 171 Aliud glossarium. Inc. Abacti magistratus dicebantur quia coacti deposuerant imperium. Utrumque glossarium, sed multum discrepans exstat in editione Augustana s. a. — f. 209 Exercitia ad linguam graecam discendam (in quibus voces graecae litteris latinis expressae singulisque graecis latinae ex adverso positae sunt). Incip. 'Prologus Agathi tichy Bona fortuna etc, Sequitur onomasticon in tres sermones sive libros divisum, quorum tertius est de locutionibus cottidianis.

f. 218 Glossae veteris et novi Testamenti, quibus passim vocabula germanica adscripta sunt. — f. 229 saec. XIV. De ecclesiae Pruvingensis altaribus annis 1273, 1279, 1282 consecratis et eorum sacris reliquiis.

Liber scriptus est in coenobio Pruvingensi sub Erbone abbate ab H. Wolfgero et Swichero anno 1158.

828 **13003** (Rat. civ. 3) membr. in 2°. s. XIV/XV. 227 fol. cum imaginibus et litteris initialibus splendide pictis.

Decreti Gratiani partes III cum commentario Joh. Andreae.

829 **13004** (Rat. civ. 4) membr. in 2°. s. XIII/XIV. 343 fol. cum pictis litteris initialibus.

Decretum Gratiani sive Concordantia discordantium canonum. Praecedunt f. 1—31 Claves titulorum cum registro capitulorum.

830 **13006** (Rat. civ. 6) membr. in 2°. s. XIV. 94 fol.

F. 1 Regimen sanitatis.

f. 3 **Johannis Andreae** Novella super secundum librum Decretalium.

831 **13007** (Rat. civ. 7) membr. in 2°. s. XIV. 219 fol.

F. 1 **Joannis Andreae** Novella sexti Decretalium.

f. 213 Summa decreti cum remissionibus iuris.

f. 216 Rubricae legum (Romanarum).

832 **13008** (Rat. civ. 8) membr. in 2°. s. XIV. 113 fol.

Joannis Andreae Apparatus super sexto Decretalium (Bonifacii VIII) cum contextu verborum.

833 **13010** et **13011** (Rat. civ. 10 et 11) membr. in 2°. s. XVI et XVII. 32 et 7 fol.

Statuta ecclesiae Ratisbonensis.

834 **13012** (Rat. civ. 12) membr. in 2° mai. s. XIV. 50 fol.

Johannis Andreae Apparatus super Clementinas cum textu.

13013 (Rat. civ. 13) membr. in 2°. s. XIV. 297 fol. 835
Codex legum Justiniani Imperatoris.

13014 (Rat. civ. 14) membr. in 2°. a. 1282. 82 fol. 836
Thaddei Florentini doctoris Bononiensis commentarius in aphorismos Hippocratis.

13015 (Rat. civ. 15) membr. in 2°. s. XIV. 324 fol. 837
Henrici de Segusio cardinalis Ostiensis lectura super primo Decretalium.

13017 (Rat. civ. 17) membr. in 2°. a. 1264. 338 fol. 838
Avicennae Canonis libri V translati in Toledo a mag. Girardo Cremonensi.

13018 (Rat. civ. 18) membr. in 2°. s. XIV. 92 fol. 839
Authenticarum sive novellarum constitutionum Justiniani Imp. collationes I—IX.

13019 (Rat. civ. 19) membr. in 2°. a. 1313. 111 fol. 840
Bernardi de Gordonio Lilium medicinae.

13020 (Rat. civ. 20) membr. in 2°. a. 1319. 267 fol. 841
F. 1 **Mundinus** mag. super libro prognosticorum Hippocratis. Hic liber non est integer. f. 57 Idem super Hippocratis de regimine acutorum libros III.
f. 73 **Thaddaeus Florentinus** de cura febrium. f. 82 Idem de partibus corporis.
f. 88 Annotata magistri **Mundini** in Galeni librum qui incipit: Initio huius libri morbum diffiniri oportet.
f. 95 **Dini de Florentia** Dilucidatorium totius practicae medicinalis scientiae. f. 187 Eiusdem quaestio generalis disputata in civitate Senarum.
f. 226 Recollectiones super prima fen primi canonis Avicennae recollectae sub mag. Antonio de Parma per Albertum Bononiensem.

13021 (Rat. civ. 21) membr. in 2°. s. XII/XIII. 283 fol. 842
F. 1 **(Boetii)** De arte arithmetica libri duo.
f. 27 Anonymi astronomia. Inc. Quoniam de quarta introducendis matheseos nos fari disciplinarum presens tempus ammonuit etc. Tractatus multis tabulis astronomicis instructus est, praemissa introductione arithmetica generali.
f. 69 **Heremanni** liber de compositione astrolabii.
f. 72 **Gerberti** liber de compositione et exercitio instrumenti.
f. 79 **Heremanni** liber de compositione horologiorum. Hos tres libros ed. Pez in Thes. anecd. 3, 2, 94—138 cap. 5. ubi liber secundus et tertius eidem Hermanno Contracto ex auctoritate cod. cuiusdam Salisb. S. Petri tribuuntur.
f. 87 Liber iudiciorum Messehahlach.
f. 97 **Boetii** artis musicae libri quinque.
f. 150' **Guidonis** michrologus, praemissis 'versibus de musicae explanatione' et 'epistola ad Theobaldum episcopum', subsequente

'prologo de camenae suae munusculis suique mentione nominis', cf. adnott. ad cod. 14463 et Gerberti Scriptt. II, 1 sqq. —
f. 157 **Guidonis** musicae regulae in antiphonarii sui prologum prolatae. Apud Gerbertum II, 25 sqq. f. 159 Eiusdem aliae regulae; cf. Gerbert II, 34—36. f. 160 Epistola Guidonis ad Michhelem monachum; cf. Gerbert II, 43—50.
f. 163 Anonymus de fistularum mensura. Inc. Fistularum mensurarum ut a quibusdam musicae artis peritis didicimus.
f. 164 **Euclidis** de geometria libri XV.
f. 188 **Gerberti** geometria sine titulo, explicit in pag. 36 apud Pez. Thes. III, 2.
f. 194 Geometria (i. e. **Boetii** in Euclidis geometriam libri II).
f. 211 **Chalcidii** commentarius in Platonis Timaeum cum verborum contextu ab eodem verso.

843 **13022** (Rat. civ. 22) membr. in 2°. s. XIV/XV. 275 fol. cum picturis et multis ornamentis.
Missale secundum rubricam et breuiarium Ratisbonense.

844 **13023** (Rat. civ. 23) membr. in 2°. s. XIII/XIV. 127 fol.
Avicennae canonis medicinae libri III et IV.

845 **13024** (Rat. civ. 24) membr. in 2°. s. X. 255 fol.
Augustini de ciuitate dei libri XXII.

846 **13025** (Rat. civ. 25) membr. in 2° mai. s. XIV. 70 fol.
F. 1 **Isaac Ben Salomon** Judaeus de diaetis universalibus et particularibus. f. 25 **Avicennae** canonis liber II.

847 **13026** (Rat. civ. 26) membr. in 2° mai. s. XIV. 157 fol.
F. 1 Liber de secretis G[alen]i. Inc. Dixit G[alenus]: ignis qui descendit de caelo super altare.
f. 12 **(Galeni?)** De sanitatis ingenio libri XIIII. Inc. Librum de sanitatis ingenio a te et a multis Karissime . . . . (Nero?) rogatus componere etc. cf. cod. lat. 11 fol. 16.
f. 66 **Galenus** de interiorum membrorum passionibus. f. 87 (Idem?) De differentiis febrium.
f. 94 **Avicennae** canonis liber IV. Inc. Febris est calor extraneus accensus in corde.

848 **13027** (Rat. civ. 27) membr. in 2°. s. XII/XIV. 63 fol.
F. 1 **Isaac Ben Salomon** liber de urinis a Constantino Africano, montis Cassinensis monacho translatus. f. 12 Eiusdem liber de febribus ab eodem translatus. f. 34[b] De urinis tract. succinctus.
f. 35 **Constantinus Africanus** de coitu.
f. 40 **Galeni** peri criseos libri IV. f. 53 Eiusdem de criticis diebus libri III translati 'a mag. girardo cremonensi in toleto de arabico in latinum'.

849 **13029** (Rat. civ. 29) membr. in 2°. a. 1280. 318 fol.
F. 1 Vita S. Elisabet Hungariae reginae.
f. 9 **Turpinus** archiep. Remensis de vita Caroli M.
f. 14 **Jacobi de Voragine** Legenda aurea Sanctorum.
f. 301 Legenda de S. Onufrio. f. 305 Legenda de S. Ermineldo

primo abbate Pruvingensi et eius miraculis; ed. in Pertzii Scriptt. XII, 481 sqq.
f. 318 Initia ordinum quorundam monasticorum.

13030 = cod. lat. 1004.

13031 (Rat. civ. 31) membr. in 2°. s. XII. 103 fol. 850
Isidori Hispalensis Etymologiarum libri I—IX.

13032 (Rat. civ. 32) membr. in 2°. s. XII. 287 fol. 851
Hrabani Mauri expositionis in Matthaeum libri VIII.

13033 (Rat. civ. 33) membr. in 2°. s. XIV et XIII. 146 fol. 852
F. 1 **Johannis filii Serapionis** Breuiarium medicinae a Girardo Cremonensi Toleti de arabico translatum.
f. 70 s. XIII. Glossae magistri G. (Gerardi) cremonensis super Viaticum (Constantini Africani).

13034 (Rat. civ. 34) membr. in 2°. s. XIV. 195 fol. 853
F. 1 **Johannitii Alexandrini** Isagogae 'ad tegni (τέχνη) Galieni'.
f. 6 **Philareti** liber de pulsibus.
f. 7 **Theophili** liber urinarum.
f. 12 Ars (Tegni) parva **Galeni** cum commento (prolixo) H. — f. 48[b] G[aleni] Anatomia de interioribus.
f. 49 In Hippocratis aphorismos commentarius **Galeni** a Constantino Africano ex arabico translatus.
f. 84 **Hippocratis** liber prognosticorum cum commento. f. 113 Eiusdem regimentum acutarum aegritudinum cum commento.
f. 123 **Avicennae** canonis liber quartus.

13036 (Rat. civ. 36) membr. in 2°. s. XII. 112 fol. 854
Heimonis expositio in S. Pauli epistolas. — Scripsit in Pruvening fr. Wicelo iubente Erbone abbate.

13037 (Rat. civ. 37) membr. in 2°. s. XIII. 147 fol. 855
Petri Comestoris Trecensis historia scolastica.

13038 (Rat. civ. 38) membr. in 2°. s. VIIII. 387 fol. 856
Hieronymi commentarius in epistolas S. Pauli ad Romanos (vol. XI, 616 ed. Migne), f. 80 ad Corinthios (ibid. 717), f. 161 ad Galatas (ibid. 806), f. 178 ad Ephesios (ibid. 823), f. 194 ad Philippenses (ib. 841), f. 204 ad Thessalonicenses (ib. 861), f. 216 ad Colossenses (ib. 853), f. 224 ad Timotheum (ib. 875), f. 243 ad Titum (ib. 895), f. 247 ad Philemonem (ib. 899).
f. 248 Commentarius in epistolam ad Hebreos. Inc. Haec nos de intimo hebreorum fonte libauimus non opinionum riuolos persequentes. Subscriptio f. 262 haec habet: Explicit expositio S. Hieronymi in quattuordecim epistolas B. Pauli apostoli.
f. 263 **Hieronymi** commentariorum in ep. ad Ephesios libri III (= ed. Migne vol. VII, 443 sqq.). Prologus deest. f. 353 Eiusdem comment. in ep. ad Titum (= ibid. VII, 555 - 600).

In libro litteris grandibus pulcherrime exarato verba contextus Paulini partim rubro partim litteris quas vocant capitalibus scripta sunt.

13039 (Rat. civ. 39) membr. in 2°. s. XIV. 169 fol. 857
Jacobi a Voragine Legenda aurea Sanctorum. Adiectae sunt f. 162 sqq. aliae legendae breviores.

858 **13040** (Rat. civ. 40) membr. in 2°. s. XI/XII. 204 fol.
S. **Ambrosii** liber super CXVIII. psalmum.

859 **13041** (Rat. civ. 41) membr. in 2°. s. XII. 119 fol.
Pauli Orosii historiarum contra paganos libri VII.

860 **13042** (Rat. civ. 42) membr. miscell. in 2°. s. XIII et XIV. 109 fol.
F. 1 **Aristotelis** Metaphysica. In amplis marginibus additus est commentarius, qui pertinet usque ad finem libri X.
f. 53 Eiusdem Physicorum libri VIII.
f. 94 s. XIV. Incerti auctoris physica. Inc. Philosophia diuiditur in tres partes. uidel. logicam ethicam physicam . . . ad praesens de sola physica siue naturali intendimus.

861 **13043** (Rat. civ. 43) membr. in 2°. s. XIII. 233 fol.
Rolandini (de Romanciis) Summa artis notariae. Praecedit f. 1—24 'Glosa' in hanc summam. Cf. Rockinger Formelb. n. 108. — f. 57 Practica artis notariae. Inc. Tractaturi de arte notariae prime uideamus quid sit notaria. In subscriptione est: Expl. tract. de iudiciis. — f. 81 **Aegidii** (de Fuscariis) ordo iudiciarius sive Summa. — f. 104 Mag. **Tancreti Bononiensis** ordo iudiciarius abbreviatus a mag. Bartholomeo Brixensi.
f. 125 **Bernardi** margarita sive Breuiarium ad omnes materias in iure canonico inueniendas.
f. 130 **Johannis de Deo** sacerdotis hispani Liber iudicum in IV libros distinctus. f. 143 Eiusdem Libellus dispensationum. f. 150 Idem de formis sententiarum dispensationis et aliarum. f. 153 Eiusdem liber penitentiarum. f. 169 Eiusdem Cauillationes (in iure). — f. 203 Casus super constitutiones Innocentii IV etc.
f. 209 **Aristotelis** ad Alexandrum epistola.
f. 213 Tractatus de formandis libellis, interdictis, edictis, actionibus civilibus etc. Inc. Postquam opus summa fauente clementia perduxi . . . laudabiliter ad effectum etc. — f. 221—233 (chart.) Index rerum ad totum codicem superiorem.

862 **13044** (Rat. civ. 44) membr. in 2°. s. XV. 102 fol.
Valerii Maximi factorum et dictorum memorabilium libri. Volumen ad calcem laceratum et mancum deficit in libri VI cap. 2.

863 **13045** (Rat. civ. 45) membr. in 2°. s. XIV. 162 fol.
Abubecri arazi (Rhazis) filii zachariae liber almasorius (i. e. in usum regis Almansoris scriptus) a mag. Gerardo Cremonensi apud toletum ex arabico in lat. translatus. f. 99 Eiusdem liber diuisionum. f. 133 Eiusdem antidotarius. f. 143 Eiusdem experimenta. f. 160 Eiusdem synonymorum particula (non pertinet nisi ad mediam A litteram).

864 **13046** (Rat. civ. 46) membr. in 2°. s. XIV. 144 fol.
F. 1 Tractatus physicus, primum de yle (hyle) an fuerit, quid fuerit, quale quid fuerit, ad quod fuerit.

f. 16 Commentarius in Aegidii librum metricum de pulsibus. Inc. Quattuor sunt membra principalia.
f. 39 Definitiones et divisiones philosophiae, physicae, medicinae, arborum genealogicarum instar exhibitae.
f. 96 **Johannis filii Serapionis** medici Breviarium translatum a Girardo cremonensi. f. 139 Synonyma Serapionis.

13047 (Rat. civ. 47) membr. in 2°. s. XII. 162 fol. 865
Expositionis mysticae in Vetus Testamentum libri XXII—XXVI. Praecedit fol. 1—5 index capitulorum; contextus ipsius chartae quaedam (a capite) desunt.

13048 (Rat. civ. 48) membr. in 2°. s. XII. 208 fol. 866
Rabani (Mauri) expositio in libros Sapientiae, Judith, Hester, Macchabaeorum.

13049 (Rat. civ. 49) in 2°. s. XIV/XV. 341 fol. 867
Berengarii Biterrensis episcopi Inventarium iuris canonici secundum ordinem alphabeticum.

13050 (Rat. civ. 50) membr. in 2°. s. XII. 161 fol. 868
Flosculorum ex Gregorii M. Moralibus (a monacho Pruviningensi) excerptorum libri V.

13051 (Rat. civ. 51) membr. in 2°. a. 1634. 7 fol. 869
Litterae patentes quibus Imp. Ferdinandus II Jo. Joachimo Haag et fratribus eius nobilitatis hungaricae iura concedit. Wiennae 20. Mart. 1634. Exaratae sunt scriptura splendidissima.

13054 (Rat. civ. 54) membr. in 2°. s. XIV. 215 fol. 870
F. 1 Reportationes super libro Prognosticorum (Hippocratis) sub mag. Mundino per mag. **Bertutium** (Bertrutium) in scientia practica famosum.
f. 31 **Galeni** de crisi libri II cum commento. Sequitur f. 63 Tractatus (proprius?) de respiratione.
f. 77 **Nicolai Bononiensis** expositio super IV libros cyragicales (i. e. chirurgicales) Galeni de ingenio sanitatis. — f. 111 Super Fen tertia et quarta canonis quarti Avicennae. — f. 143 Super libro (Galeni) de creticis. f. 154 Super libro III de simplici medicina. f. 164 Super libro II de crisi. f. 174 Expositio in librum de complexionibus. f. 178 Expositio in librum de naturalibus virtutibus. Hic commentarius prolixus non videtur integer.

13055 (Rat. civ. 55) membr. in 2°. s. XII. 179 fol. 871
Hieronymi epistolae.

13056 (Rat. civ. 56) membr. in 2°. s. XIV. 58 fol. 872
F. 1 **Aristotelis** libri physicorum, f. 29 de anima, f. 40 de generatione et corruptione, f. 49 de sensu et sensato, de memoria et reminiscentia etc.
f. 58 **Thomas de Aquino** de ente et essentia. 873

13057 (Rat. civ. 57) membr. in 2°. s. XIII. 106 fol.
F. 1 Mag. **Bruni** Longobucensis Calabri Chirurgia maior; cf. Ullersperger in 'Deutsche Zeitschr. für Chirurgie' II, 269.

f. 62 Chirurgia **Rogerii** cum additionibus **Rolandi Parmensis** et cum glossulis quattuor magistrorum. — f. 105 Nomina aliquot herbarum latine et german. f. 105 Characteres magici et formulae benedictionum.

874 **13058** (Rat. civ. 58) membr. in 2°. s. XIV. 177 fol.
Concordantiae Bibliorum alphabeticae. Pertinet liber a vocab. Abalienare usque ad v. bitumen.

875 **13059** (Rat. civ. 59) membr. in 2°. s. XII. 163 fol.
Augustini libri de nuptiis et concupiscentiis, f. 45 de opere monachorum, f. 70 de vita et moribus clericorum, f. 75 de pastoribus, f. 83 de baptismo.

876 **13061** (Rat. civ. 61) membr. in 2°. s. XII. 180 fol.
F. 1 **Augustinus** de quantitate animae.
f. 34 **Hieronymi** epistola de statu animae. f. 35 **Augustini** ep. de inquisitione animae cum Hieronymi responso.
f. 44 **Augustini** epp. de quaestione animae, f. 48 de natura et origine animae, f. 73 de eadem re ad Vincentium Victorem, f. 97 ad Petrum presb., f. 107 ad Petrum et Abrah., f. 109 de immortalitate animae, f. 118 de VIII quaestionibus, f. 121 de resurrectione (al. de VI quaestionibus,) f. 133 de gratia novi testamenti, f. 165 de magistro.

877 **13062** (Rat. civ. 62) membr. in 2°. s. XII. 206 fol.
F. 1 **Hieronymi** vita S. Hilarionis. — f. 13 Dicta abbatis Pimenii.
f. 16 **Athanasii** vita S. Antonii Euagro interprete.
f. 54 **Roberti** abbatis Tuitiensis tractatus in libros Numeri, Deuteronomii, Josae, Judicum et Ruth. — Librum scripserunt fr. Widelo et fr. Eilulfus in Pruvening.

878 **13063** (Rat. civ. 63) membr. in 2°. s. XIV/XV. 202 fol.
Armandi de Bellovisu ord. praed. Collationes de Sanctis et quibusdam temporibus in Psalterium.

879 **13064** (Rat. civ. 64) membr. in 2°. s. XIV. 169 fol.
Petri de Riga Aurora. Adiectus est in marg. amplus commentarius, sed tantum usque ad fol. 35; iterum tamen redit f. 148 usque ad finem.

13065 = Cod. german. 26.

880 **13066** (Rat. civ. 66) membr. in 2°. s. XIII. 167 fol.
Isaac Ben Salomon israelitae diaetae universales et particulares. f. 85 Eiusdem de febribus libri V a Constantino Africano ex arabico translati. f. 142 Eiusdem liber de urinis.

881 **13067** (Rat. civ. 67) membr. in 2° min. s. XI/XII. 231 fol. cum picturis antiquis.
F. 1 Calendarium cum regulis computi.
f. 9 **Brandani** monachi oratio de uerbo dei 'quam fecit per michahelem archangelum dei. quando transfretauit septem maria etc.' — f. 26 Hymnus in natal. Sanctorum Apostolorum. Inc. Aeterna Christi munera etc. Cf. Daniel I, 27.
f. 26 Psalterium Davidis cum praefationibus Hieronymi et

glossa perpetua marginali. Sequuntur f. 175 cantica varia et orationes sacrae psalteriis adnexae, inde a fol. 187 cum notis musicis.
f. 194 Cursus de S. Trinitate; hymnis notae musicae adiectae sunt.
f. 203 Psalterium a S. Hieronymo compositum.
f. 219 Hymni et cantica cum neumis.

13068 (Rat. civ. 68) membr. in 2°. saec. XIV. 99 fol. 882
F. 1 Opusculum cauillationum (iuridicarum) compositum a mag. **Bagaroto** de hylisdeo (?) hyspano doctore decretorum.
f. 33 Mag. **Guillermi Duranti** Repertorium (iuris canonici).

13069 (Rat. civ. 69) membr. in 2°. s. XII. 200 fol. 883
F. 1 Exodus cum glossis marginalibus et interlinearibus. f. 124 Euangelium Matthaei cum commentario et glossis. Ante fol. 124 est pictura.

13070 (Rat. civ. 70) membr. in 2°. s. XII. 177 fol. 884
Aurelii Cassiodori historiae ecclesiasticae tripartitae libri XII. f. 173 Vita S. Alexii confessoris.

13071 (Rat. civ. 71) membr. in 2°. s. XIV. 76 fol. 885
F. 1 Glosae **Joannitii** a Johanne Anglico compilatae. f. 25 Lectura sive glossae Joannitii. f. 34 'Utilitatum confectionum (medicarum) versus'. Inc. Renes rheuma caput etc. f. 37 Glossae super urinis. f. 44 Prognostica.
f. 51 **Isaac ben Salomon** liber urinarum a Constantino Africano translatus.

13072 (Rat. civ. 72) membr. in 2°. s. XII. 316 fol. 886
F. 1 **Augustini** liber de consensu IV euangelistarum. Scripsit fr. Boto sub abbate (Pruviningensi) Erbone (= a. 1121—1162).
f. 181 **Magni Aurelii Cassiodori** Variarum libri I—VI et septimi capitula 1—41. Scripsit Pruviningae fr. Sigiboto sub abbate Eberhardo (= a. 1163—1168).

13074 (Rat. civ. 74) membr. in 2° min. s. XII. 176 fol. cum pulchris delineationibus. 887
Vita et passio Apostolorum, item SS. Christophori, Lucae, Marci.

13075 (Rat. civ. 75) membr. in 2° min. s. XII. 112 fol. 888
Augustini Expositio in librum psalmorum (pertinet usque ad XXXI. psalmum). f. 112 Visio Hildegardis.

13076 (Rat. civ. 76) membr. in 4° mai. a. 1356. 31 fol. 889
F. 1 Monatsregeln. Aderlassregel.
f. 2 Calendarium cum figuris et regulis computi astronomici et versibus de singulis mensibus.
f. 15 Speculum phlebotomiae. f. 19 Regimen de balneo. f. 20 De plantis quibusdam et earum virtutibus. f. 23 Remedia. f. 24 Versus de signis zodiaci. Inc. Nil capiti facias aries cum luna refulget. f. 26 Regulae diaeteticae in singulos menses. f. 28 Tabula lunationum ab a. 1374—1395 et ab a. 1404—1445.

890 **13077** (Rat. civ. 77) membr. in 4° min. s. XIII. 58 fol.
Euangelium S. Johannis cum glossis marginalibus et interlinearibus.

891 **13078** (Rat. civ. 78) membr. in 2° min. a. 1502. 49 fol.
Bartholomaei Zamberti Veneti comoedia Dolotechna Hieronymo Savorgnano patritio Veneto dicata. — Scriptura libri pulcherrima est.

892 **13079** (Rat. civ. 79) membr. in 2° min. s. XII. 195 fol.
Ambrosii Hexameron, f. 98 eiusdem de paradiso libri II, f. 124 de Cain et Abel libri II, f. 153 eiusdem recapitulationes de Pentateucho et de libro Jesu Nave.
f. 195 Epistola fratris R., ministri pauperum et peccatorum qui peregrinantur in Eberbach, ad A. moguntinorum archiep.

893 **13080** (Rat. civ. 80) membr. in 2° min. s. XII. 255 fol.
F. 1 **Ephrem Syri** de iudicio dei, de beatitudine animae, aliique libelli VII libris comprehensi et in latinum translati.
f. 58 **Caesarii** episc. ad monachos homiliae I—IX.
f. 80 **Autperti** presb. libellus de conflictu uitiorum atque uirtutum missus ad Landefredum presb. et abbatem in Baioaria constitutum.
f. 96 **Martini** episc. libellus de quattuor uirtutibus ad Mironem regem.
f. 101 **Smaragdi** abbatis de diuersis uirtutibus libellus siue Diadema monachorum.
f. 121 **Odonis** abbatis Morimundi sermones XXXV.
f. 213 Tres esse gradus quibus peruenitur ad hereditatem salutis et angelorum tres ordines distincte operari in illis. Inc. Igitur inprimis diuidendum, quid (qui?) sint gradus quibus pertingitur ad hereditatem salutis. f. 216 De tribus temptationibus et earum remediis. Haec pars videtur ad librum praecedentem pertinere.

894 **13081** (Rat. civ. 81) membr. in 4° mai. a. 1338. 271 fol.
F. 1 **(Rufini)** Vitae patrum (capp. 1—34).
f. 33 Vitae patrum. Inc. prologus: Qui homo dei et christi esse iam cepit. Vita prima est S. Frontini sic exordiens: Erat quidam senex monachus.
f. 63 Vitae et collationes patrum ex versione **Paschasii.**
f. 91 **Gregorii Magni** dialogi.
f. 161 Martyrologium Romanum.
f. 208 Prouinciale secundum curiam romanam. f. 214 Episcoporum Ratisbonensium catalogus inde ab a. 732 ad 1340.
f. 216 s. XII. **Ambrosii** liber de ieiunio.
f. 241 s. XII. S. Ambrosii vita **Paulino** auctore. f. 257 B. Eusebii Vercellensis episc. vita.

13082 = cod. german. n. 32.

895 **13083** (Rat. civ. 83) membr. in 2° min. a. 1345. 126 fol.
Evangelium S. Marci cum glossis marginalibus. f. 59 Evangelium S. Johannis.

13084 (Rat. civ. 84) membr. in 4° mai. s. IX et X. 91 fol. 896
F. 1–47 Disputatio de rhetorica et de uirtutibus regis **Karli** et **Albiui** magistri. Sequuntur schemata et dialogus de dialectica ut in cod. Frising. 207 (= 6407).

Altera pars codicis, quae litteris admodum minutis, sed satis distinctis scripta est, haec continet:

f. 48–69 Ars geometrica per 34 capitula divisa; incipit: Igitur geometricae artis peritiam qui ad integrum nosse desiderat. necesse est ut huius artis expositores diligenti cura perlegat etc. Secumdum caput inscriptum 'Quid sit geometria et quae eius effectiua potentiae' fere continet quae exstant apud Cassiodorium I, p. 558 ed. Garet., sed aliquanto prolixiora. Capita 12–16 et 18–24, quae maiorem libri partem efficiunt, sic inscripta: 'De generibus mensurarum, de generibus angulorum, de speciebus linearum, de modis formarum, de petitionibus et conceptionibus quae sunt in geometria, de finibus et variis mensuris, de agrorum qualitatibus, de generibus limitum, quo modo latinae litterae ad demonstrationem limitum aptandae sint, de expositione limitum uel terminorum, quomodo litterae latinae siue graecae terminorum rationem uel locorum qualitatem designant, de conditionibus et mensuris agrorum' in corpore gromaticorum exstant hoc ordine: p. 377, 1–7 ed. Lachm. 96, 21–97, 13. 414, 3–23. 413, 6–414, 2. 101, 12–103, 11. 104, 13–106, 8. 378, 5–379. 366, 12–22. 367, 9–370, 1. 246 sq. 167, 3–17. 397, 20–24. 247–249. 358, 15–362, 6. 362, 30–364, 22. 325, 11–327, 2. 354, 1–356, 10. Codice Lachmannus ob eam causam uti non potuit, quod illo tempore nondum notum erat in eo partes gromaticas inveniri. Reliqua capita haec sunt: XVII. De proportione et proportionalitate. XXIV. De conditionibus et mensuris agrorum. Secundam partem huius capitis in gromaticis non invenimus. fol. 59 r extr. — fol. 60 r. XXV. De figurarum diuersis speciebus et arearum mensuris in eisdem per argumenta conprehensis. XXVI. De geometria columnarum et mensuris aliis. XXVII. De limitibus constituendis secundum rationem solis. XXVIII. De mundi magnitudine et circulis planetarum. XXVIIII. De quinque zonis caelestibus et zodiaco circulo. XXX. De gnomonica institutione et umbrarum. XXXI. **Ambrosii Macrobii Theodosii** de mensura et magnitudine terrae et circuli per quem solis iter est. = Comment. in somn. Scip. I, 20, §. 14–24. XXXII. Item eiusdem de mensura et magnitudine solis = ibid. I, 20, § 25–32. XXXIII. **Felicis Capellae** de mensura lunae = VIII, § 860 p. 670 sq. ed. Kopp. XXXIIII. Eiusdem argumentum quo magnitudo terrae deprehensa est. Cf. ibid. VI, §. 597 p. 499 Kopp.

fol. 70 **Hyginus** M. Fabio plurimam salutem. Sunt libri qui dicuntur poeticon astronomicon, nec tamen opus per complures libros divisum est in nostro codice, quod idem

in reliquis vetustioribus factum esse invenimus. Extremus versus quem habent editiones vulgatae, in nostro codice deest; nam deficit in haec verba: annum voluerunt esse cum sol ab estiuo circulo. Explicit. = p. 487 ed. Munckeri.

897 **13085** (Rat. civ. 85) membr. in 4° mai. s. XII. 183 fol.
F. 1 **Gisilberti** Antisiodorensis ecclesiae diaconi expositio lamentationum Hieremiae.
f. 90 **Augustini** in epistolam S. Johannis tractatus decem. Hanc partem codicis scripsit fr. Witelo in Pruvining.

898 **13086** (Rat. civ. 86) membr. in 4°. s. XIV. 159 fol.
F. 1 Liber viaticus (medicin.) a Constantino Africano de arabico in latinum translatus. — f. 57 **Isaac Ben Salomon** de febribus. f. 91 Eiusdem diaetae particulares et f. 113 uniuersales. f. 145 Idem de urinis (haec quattuor scripta omnia interprete Constantino).

899 **13087** (Rat. civ. 87) membr. miscell. in 4°. s. XIII et XIV. 289 fol.
F. 1 **Guilelmi Duranti** Repertorium aureum iuris canonici. Adiectae sunt aliquot formulae tam latinae quam germanicae.
f. 145 **Werenhardi** fr. ord. S. Francisci interpretationes vocum hebraicarum (biblicarum).
f. 181 Sermones duo in festiuitate et in translatione S. Ottonis episc. (Babenbergensis). f. 187 'Rithmus', i. e. versus de eius gestis. f. 188—264 Vita eiusdem. f. 289 Hymnus de eo.
f. 264 Matthaei apostoli passio a monacho Trevirensi conscripta.
f. 288 **Henrici** monachi tabula ad inveniendam dominicam depositionis carnium f. 289 Carmen de S. Thoma apost. et de S. Ottone; cf. Mone 718 et 1115.

900 **13088** (Rat. civ. 88) membr. in 4°. s. XIV et XIII. 158 fol.
F. 1 Evangelium S. Lucae.
f. 98 s. XIII. **Cypriani** liber de dominica oratione. f. 102 Idem de diuersa nominum acceptione. f. 103 idem de tabernaculo Moysi. — f. 106 **Hugonis de S. Victore** Sententiae de fide et spe. — f. 142 De officio missae, cf. cod. lat. 12519 f. 92.

901 **13090** (Rat. civ. 90) membr. miscell. 4°. s. XIII et XIV. 180 fol.
F. 1 Martyrologium (non integrum).
f. 5 **Honorii Augustodunensis** Speculum ecclesiae.
f. 116 Onomasticon de rebus domesticis cum glossis germanicis. Incipit: Cremacula (ketehake). Olla. lebes uel cacabus. Caldarium uel aquarium etc.
f. 116 Series Caesarum Romanorum inde ab Octaviano usque ad Conradum III adiectis annis per quos quisque regnavit. — f. 116 sq. Aenigmata.
f. 118 Tractatus de lingua bona et mala. Inc. Cum remoto temporalium actionum strepitu sub pace monasticae uitae dei nutu quiescerem etc.

13091 (Rat. civ. 91) membr. in 4°. s. XIII. 122 fol. **902**
M. Annaei Lucani Pharsalia cum scholiis in marg. et glossis perpetuis interlinearibus. Permultae libri chartae rescriptae sunt. Latent ecclesiastica.

13092 (Rat. civ. 92) membr. in 4°. s. XII. 158 fol. **903**
F. 1 **Hugonis** S. Victoris praepositi tract. de tabernaculo, f. 47 de quinque septenis, f. 53 carmen de missa (cf. cod. lat. 4710 f. 228), f. 64 versus de oculo animae purgando (cf. Denis I, 1, 1186), f. 65 de anima Christi, f. 76 sermo de sacramentis.
f. 86 Tractatus de psalmis penitentialibus. Inc. Virginibus immortali sponso dicatis et filiabus ierusalem B. et Iu. (Lu.?) He. Reginae ecclesiae seruus. Spiritualium gratiam gaudiorum.. Tractatus ipse sic orditur: Si ille rex et propheta etc.

13093 (Rat. civ. 93) membr. in 4°. s. XIII. 109 fol. **904**
Sermones de tempore et de Sanctis.

13094 (Rat. civ. 94) membr. in 4°. s. XIII. 72 fol. **905**
Isaias propheta cum glossa ordinaria.

13095 (Rat. civ. 95) membr. in 4°. s. XII. 88 fol. **906**
M. Tullii Ciceronis de officiis libri III cum glossis.

13096 (Rat. civ. 96) membr. in 4°. a. 1536. 45 fol. **907**
Diploma et instructio nobili viro Andreae Bragadeno terram Metagnanam recturo ab Andrea Griti duce Venetorum data d. 22 Martii 1536. Adiectae sunt sex chartae pergamenae in quibus exstat *Ὅρκος βουλευτῶν* cum Jacobi Micylli praefatione et eiusdem versione latina et germanica. Hoc monumentum antiquitatis Jo. Sichardus in coenobio Laurissensi (Lorsch) invenerat et ad Ottonem Henricum Palatinum Rheni transmiserat. Edidit G. M. Thomas in 'Bulletin der Münchner Akad. der Wiss.' a. 1860.

13097 (Rat. civ. 97) membr. in 4°. a. 1188. 167 fol. **908**
F. 1 **Botonis** monachi Pruviningensis homiliae (29) in Ezechielem. f. 125 Sermo de annuntiatione, f. 127 de logo.
f. 133 Anonymi Cisterciensis tractatus de miraculis sacramenti altaris. — Scripsit Ulricus Pruviningensis.

13098 (Rat. civ. 98) membr. in 4°. s. XII. 205 fol. **909**
Vitae S. Silvestri papae e Graeco Eusebii, f. 46 S. Basilii episcopi auctore Amphilochio, f. 67 S. Hilarii, f. 78 S. Remigii Hincmaro auctore, f. 116 S. Martini Turonicensis episcopi auctore Sulpicio Severo, f. 139 S. Briccii, f. 178 S. Nicolai mireorum liciae episcopi. — Scripsit Eilolfus in Prüviningen.

13099 (Rat. civ. 99) membr. in 4°. s. XII. 193 fol. **910**
F. 1 **Ambrosii** de officiis libri III. Scripsit fr. Boto (cf. 13097) in Pruveningen iussu Erbonis abbatis. — f. 117 Sermones.

13100 (Rat. civ. 100) membr. in 4°. s. XII/XIII. 134 fol. **911**
F. 1 **Didymi** Alexandrini liber de spiritu sancto ex versione Hieronymi. — f. 46 **Augustini** Anglorum archiepiscopi ad papam Gregorium quaestiones cum huius responsis (ex Bedae de gestis Anglorum libro).

f. 59 **Gregorii Nysseni** episcopi vita b. Gregorii Thaumaturgi.
f. 80 De quodam vicedomino nomine Theophilo. Inc. Factum est priusquam incursio fieret in romanam rem publicam execrandae persarum gentis etc.
f. 90 **Augustini** sermones de trinitate et de castitate. f. 95 **Caesarii** episcopi sermones aliquot. f. 107 (Augustini?) Sermo cf. ed. Migne vol. V, 1895; alius eiusdem (?) ibid. V, 2334. f. 111 sermo ignoti.
f. 114 **Isidori** (?) sermones de baptismo et communione, de praepositis ecclesiae, de indignis praepositis etc. Inc. Solam ecclesiam catholicam habere baptismum ad salutem zacharias propheta testatur etc. Omnes sunt perbreves.
f. 134 Imper. Friderici ep. ad clerum Ratisponensis ecclesiae de electione episcopi C. (Cunonis) de Raitenbuch.

912 **13101** (Rat. civ. 101) membr. miscell. in 4°. s. XII et XIII. 248 fol.
F. 1 **Bedae** expositio in Actus apostolorum. Adiectus est index geographicus cum explanatione. f. 55 Liber retractationis Bedae in Actus apost.
f. 89 Vita S. Corbiniani episcopi auctore **Aribone**. f. 107 Translatio SS. Alexandri Papae et Justini Frisingam.
f. 111 Vita S. Wolfgangi auctore **Othlono**; cf. Pertzii Scriptt. IV, p. 524. f. 131 Vita S. Galli auctore **Walafrido Strabone**. Non superest nisi initium. — f. 132 s. XIII. Vita S. Erhardi.
f. 141 **Augustinus** de uera religione.
f. 195 **Bernardi Morlanensis** carmen de contemptu mundi.
f. 247 Ermenoldi primi abbatis Pruviningensis vita. Non superest nisi praefatio; cf. ad n. 13029.

913 **13102** (Rat. civ. 102) membr. in 4°. s. XII et XIV. 229 fol.
F. 1 **Hieronymi** libri II contra Jouinianum. f. 94 Eiusdem epistola apologetica contra eundem. — f. 110 Duo decreta papalia de decimis a monasteriis non exigendis.
f. 111 s. XIV. **Bonauenturae** Breuiloquium. f. 167 Eiusdem itinerarium mentis in deum. f. 178 Idem de XII fructibus ligni uitae. f. 189 Hymnus 'O crux frutex' = Mone n. 115.
f. 190 (**Anselmi** Cantuariensis) Proslogium. f. 201 Flores collecti de diuersis libris **Augustini**. f. 213 (Bonauenturae?) Liber de stabilitate animae. Inc. Postquam contempta mundi uanitate etc. cf. cod. lat. 7666 fol. 109. In fine legitur: Expl. liber de corporis sensuum et mentis stabilitate. f. 221 De aduentu antichristi.

914 **13103** (Rat. civ. 103) membr. in 4°, s. XIII. 76 fol.
Prophetae Hoseas, Joel, Amos, Abdias, Jonas et Micheas cum glossis interlinearibus et marginalibus.

915 **13104** (Rat. civ. 104) membr. in 4°. a. 1438. 174 fol.
F. 1 **M. Tullii Ciceronis** Rhetoricorum ueterum (i. e. de inven-

tione) libri II. f. 90 Rhetoricorum ad Herennium libri IIII.
f. 174 Carmen. 'Cardinalem Columnium alloquuntur mala dono lata nouem quae ex horto hesperidum lecta sunt arte magica'.

13105 (Rat. civ. 105) membr. in 4°. s. XII/XIII. 131 fol. **916**

F. 1 **(Honorii Augustodudensis)** Elucidarius.
f. 73 **Ivonis Carnotensis episc.** sententia de divinis officiis.
f. 83 'Ineuitabile' (i. e. liber **Honorii Augustod.** de praedestinatione et libero arbitrio). f. 105 'De offendiculo' (i. e. eiusdem liber de incontinentia sacerdotum).

13106 (Rat. civ. 106) membr. in 4°. s. XIII. 138 fol. **917**

Willhelmi abbatis Hirsaugiensis consuetudinum Cluniacensium libri II. Deficit codex in libri II capite septuagesimo tertio medio.

13107 (Rat. civ. 107) membr. in 4°. s. XIII. 315 fol. **918**

Liebhardi monachi (Pruviningensis?) horreum formicae maxime e distinctionibus mag. Petri Parisiensis (Petri Lombardi) collectum.

131'8 (Rat. civ. 108) membr. in 4°. s. XII. 191 fol. **919**

Aurelii Prudentii carmina cum glossis, inter quas paucae germanicae. f. 168 Glossae super Prudentium.

13109 (Rat. civ. 109) membr. in 4°. s. XII/XIII. 262 fol. **920**

F. 1 Variae materiae iuris canonici ex decretis paparum, conciliis, dictis SS. Patrum collectae.
f. 36 Sermonum breviorum et exhortationum farrago.
f. 226 Hincmari epistola ad Karolum regem.

13110 (Rat. civ. 110) membr. in 4°. s. XIV. 76 fol. **921**

Mag. **Giraldi Carmonensis** glossulae in Viaticum Isaaci filii Salomonis regis Arabum.

13111 (Rat. civ. 111) membr. in 4°. s. XIII. 105 fol. **922**

F. 1 **Johannitii** Isagoge ad tegni (i. e. τέχνην) Galieni. — f. 6 **Hippocratis** liber aphorismorum et f. 15 pronosticorum. — f. 19 Liber urinarum a uoce **Theophili.** f. 20 **Philareti** liber pulsuum. — f. 30 **Galeni** tegni (τέχνη). — f. 46 **Isaac ben Salomon** de diaetis uniuersalibus, et f. 74 de d. particularibus. f. 97. **Hippokratis** regimen acutarum.

13112 (Rat. civ. 112) membr. in 4°. s. XIV. 146 fol. cum picturis (4) et ornamentis pictis. **923**

Psalterium cum adnexis.

13113 (Rat. civ. 113) membr. in 4° min. s. XIV/XV. 397 fol. **924**

Biblia sacra utriusque Testamenti litteris minutissimis eleganter exarata.

13114 (Rat. civ. 114) membr. in 4° min. s. XIV. 291 fol. **925**

Abubecri Rasi filii Zacariae liber Almansor a G. (Gerardo) Cremonensi ex arabico translatus. f. 167 Rasi filii Zacariae liber diuisionum. f. 227 Eiusdem Antidotarius. f. 247 Eiusdem experimenta. f. 285 Synonyma arabica et latina.

13123 (Rat. civ. 123) membr. in 4° min. s. XIV. 89 fol. **926**

Conradi de Mure Graecismus novus (Grammatica metrica).

927 **13124** (Rat. civ. 124) membr. in 8°. s. XIV. 366 fol.
F. 1 Mag. **Gualtheri de Agilis** Summa (medicinae).
f. 134 **Aegidii** versus de urinis cum commento; cf. ad cod. 267.
f. 166 Mag. **Rogeri** parua summa. f. 182—195 Eiusdem practica.
f. 177—182 **Albumazar** astronomia de diebus criticis.
f. 195 Compendium de urinis et aegritudinibus per eas significatis secundum Maurum et Rogerum. — f. 230 **Aegidii** de pulsibus versus. — f. 237 Rogerina minor. — f. 240 **Johannis de S. Amando** lectura super Antidotarium Nicolai. — f. 308 **Geraldus Cremonensis** de aegritudinibus et earum remediis. — f. 336 Mag. **Ricardi** signa prognostica. f. 361 Eiusdem anatomia.

928 **13125** (Rat. civ. 125) membr. in 8°. s. XII/XIII. 156 fol.
Antiphonarium cum notis musicis (f. 1 'Benedicte merita' = Mone n. 842, f. 153 'Verbum dei deo natum' = Daniel II, 166).

929 **13126** (Rat. civ. 126) membr. in 8°. s. XV. 117 fol.
Guidonis fr. ord. praedic. Flos theologiae s. Distinctiones de tempore et de Sanctis ordine alphab. — f. 83 Varii sermones de tempore et de SS.

930 **13127** (Rat. civ. 127) membr. in 8°. s. XIV. 310 fol.
Leonardi Aretini libri IV de bello 'Gottorum'.

13128 = cod. lat. 1138.

931 **13129** (Rat. civ. 129) membr. et chart. in 8°. s. XV. 343 fol.
F. 1 **Augustini** liber Soliloquiorum, f. 63 excerpta ex confessionibus, f. 87 de contemplatione libellus (manuale), f. 109 speculum.
f. 133 Orationes et precationes piae variae.

932 **13130** (Rat. civ. 130) membr. in 8°. s. XIV. 116 fol.
Alberti Magni sermones de Sanctis.

933 **13132** (Rat. civ. 132) membr. in 8°. s. XV. 309 fol.
Breuiarium ordinis Carmelitarum cum calendario (f. 284 sqq. planctus Bernardi 'Salve mundi salutare', cf. Daniel II, 359 et Mone n. 123).

934 **13141** (Rat. civ. 141) in 2°. a. 1445. 217 fol.
Mag. **Jo. Petri de Ferrario** Papiensis Practica iudicialis moderna s. de uariis iudiciorum formis et formulis. — Scripsit Conradus Furstenstein.

13143 = cod. lat. 5478.
13144 = cod. german. 1103.
13146 = cod. germ. 1101.

935 **13147** (Rat. civ. 147) in 2°. s. XV. 147 fol.
Commentum in artem parvam Galeni. In fine: Explicit plus quam commentum quod dicitur fratris super libro Tegni Galieni. In fine est carmen breve (repetitum in cod. 13150) sic incipiens:

Gabriel ancillám dominus lustrauit et illam
Vmbrauit flamen tunc sensit uirgo leuamen etc.

13149 = cod. germ. 1107.

13150 (Rat. civ. 150) in 2° mai. s. XV. 263 fol. 936
F. 1: Practica **Johannis Heben** (i. e. **Ibn**) **Messue**. — f. 122 Commentum **Cristophori de Honestis** super Antidotario Mesue et Nicolai. — f. 167 **Johannis filii Mesue** liber de consolatione medicinarum simplicium solutiorum (solutivarum). f. 189 Eiusdem Grabadim medicinarum universalium, et f. 209 particularium. f. 213 Idem de aegritudinibus universalibus. f. 244 Mag. **Petri de Tosciniano** (in subscriptione est **de Cassignano**) receptae super nono Almansoris ad omnes aegritudines a capite ad pedes.

13161 (Rat. civ. 161) in 2°. a. 1592. 444 pagg. 937
Vindicatio Martini Luteri atque denomiationis Luteranae adversus crimina Roberti Bellarmini Politiani Jesuitae suscepta a **Georgio Schindelin** Augustano orthodoxae Ratisbonensium ecclesiae ministro.

13182 (Rat. civ. 182) in 2°. s. XV extr. 144 fol. 938
F. 1 Ex **Alberti Magni** philosophia liber III de celo et mundo, lib. III de elementis sive de generatione et corruptione, lib. IV de meteoris cum glossa. Interiectum est f. 10 carmen in laudem Alberti.
f. 44 **Alani** carmen in laudem B. Mariae V.
f. 45 **Guarini** Veronensis elegia de Alda.
f. 48 **Bernardus Clarevallensis** de re familiari restituenda. f. 50 Eiusdem (?) tractatus (i. e. carmen) de planctu naturae.
f. 51 **Lentuli** epistola corporis Christi figuram describentis. f. 52 Carmen (Pseudo) Vergilii de Titane. Cf. Meyeri Anthol. n. 531. — f. 52^b^ Metra de quarundam sacrae paginae dictionum debita accentuatione.
f. 54 **M. Tullii Ciceronis** Somnium Scipionis (non integrum).
f. 59 Computus novellus totius astronomiae fundamentum (carmen cum commento). f. 68 Alius prosaicus, sed versibus immixtis, figuris et tabulis illustratus. — f. 94 (**Johannis de Sacrobosco**) Algorismus.
f. 102 **Thomae Aquinatis** de ente et essentia s. in Metaphysicam Aristotelis libellus isagogicus. — f. 119 **Aristoteles** de somno et vigilia.
f. 128 Institutiones grammaticae (metrice). f. 141 Ex Sallustii libro de bello Catil. capita aliquot priora.

13183 = cod. germ. 1304.

13184 (Rat. civ. 184) in 2°. s. XVI. 109 fol. 939
Annales a . . **Eppingero** civit. Ratisbonensis incepti, i. e. tabulae synchronisticae rerum in orbe terrarum inde ab a. 1560 usque ad a. 1595 gestarum. Praefixus est fontium index.

13185 = cod. germ. 1234.

940 **13192** (Rat. civ. 192) in 2°. s. XVI. 466 fol.
F. 1 Hungariae regum decreta (inde a S. Stephano).
f. 448 Historia Mathiae regis. Adiectae sunt aliquot eius epistolae cum responsis.
f. 456 Notabilia de Hungarorum laudibus ex scriptis Aeneae Sylvii excerpta. f. 458 Series regum Hungariae cum brevibus notitiis de vita cuiusque.

941 **13193** (Rat. civ. 193) in 2°. a. 1663. 194 fol.
Psalterium Athanasianum ex graeco in latinum sermonem conversum ab **Elia Ehingero**. Autographum auctoris.

942 **13207** (Rat. civ. 207) in 2°. a. 1419—1422. 263 fol.
Johannis Nazareni filii Mesue Grabadim medicinarum particularium. f. 216 Tractatus de febribus. In subscriptione legitur: Expl. additiones Jo. Mesue compilatae a **Francisco de Pede montium** (in Apulia) s. cura febrium. — Scripsit Bononiae Ulricus Muckel medicus Ratisbon.

943 **13237** (Rat. civ. 237) in 4°. s. XVI/XVII.
Joannis Piscatoris Argentinensis Collectanea varia maximam partem theologica. Praecedit index rerum.

944 **13238** (Rat. civ. 238) in 4°. s. XVII ineunt. 302 fol.
Eiusdem epigrammatum libri III et IV. Sequuntur 'Quaestiones miscellanae' eiusdem, carmina latina ipsius et aliorum, orationes in academia Herbornensi habitae etc.

945 **13239** (Rat. civ. 239) in 4°. s. XVI. 42 fol.
Catalogus regionum, populorum, civitatum, oppidorum, arcium, quorum historici aliquot (Regino et Schafnaburgensis) meminere, inceptus ab Eppingero. cf. cod. 13184.

946 **13241** (Rat. civ. 241) in 4°. a. 1519 et 1521. 402 fol.
F. 1 **Sedulii** carmen paschale et hymni.
f. 62 **Aurelii Prudentii** carmina.
f. 325 **Macarii Mutii** equitis Camertis carmen de triumpho Christi. f. 330 **Jacobi Gandensis** fr. ord. praed. elegia de salutifera mortis recordatione. Aliud eiusdem carmen. f. 334 **Lactantii Firmiani** carmen de resurrectione Christi. f. 339 **Johannis Sculteti** Prutheni theologi carmen contra pestem. f. 340 **Franc. Petrarchae** paeanes Mariae Virg. a **Phil. Beroaldo** e vernaculo in latinum conversi. f. 342 **Phil. Beroaldi** carmen de passione domini. f. 346 **Pii Aeneae** carmen de eadem. f. 348 Carmina aliquot (minora) Maphaei Laudinensis, Petrarchae, Alani, Orphei.
f. 352 **Horatii** epistolae et ars poetica. Apographum exempli ab Hieronymo Gebwilero typis expressi.

947 **13255** (Rat. civ. 255) in 4°. a. 1547. 370 pagg.
'**Gasparis Bruschii** Slaccenwaldensis, poetae anno aetatis suae XXIII. Ratisbonae in comitiis a Carolo V. imp. Aug. Anno Christi 1541, Mense Maio in die S. Coronae, Lauro Apollinea coronati, Poematum omnis generis, Idyllorum videlicet, Elegiarum, Eglogarum, Himnilorum, precationum, Schediasmatum et Epigram-

matum post coronationem ad annum usque 48 Domini scriptorum Opus universum in duodecim libros digestum'. Lindauii anno Christi 1547. Opus autographum 7428 versibus constans usque ad finem libri IV perductum est. Adiecta sunt in calce carmina duo Bruschii item autographa 'Pro carissima conjuge precatio ad Christum' 1542 et 'Querela Pyrami Babylonii' metro elegiaco, sed huius non supersunt nisi 22 disticha.

13256 (Rat. civ. 256) in 4°. s. XVI exeunt. 170 fol. 948
Prodigia varia ab Eppingero Ratisbonensi, ut videtur, collecta. Libri capita haec sunt: Catalogus cometarum. Parelia (plures soles). Halon. Iris. Candela seu flamma et Columna ignea. Lancea (Hasta). Stellarum multitudo. Lampas, fax. Chasma. Ignis. Nubes. Tempestas cum grandine et fulmine. Ros. Fulmina. Mare, fontes, flumina. Vitae humanae brevitas et calamitas. Ventus. Nix. Montes prodigiosi. Qui terra absorpti sunt. Terrae motus. Pestis. — De singulis phaenomenis historicorum testimonia collecta sunt.

13271 (Rat. civ. 271) in 4°. s. XVII. 113 fol. 949
Catalogus librorum (mss.) in bibliothecae Mediceae Florent. pluteis LXXXVIII comprehensorum a. 1607. f. 58 Catalogus librorum mss. Bibliothecae Monacensis Graec. f. 111 Libri M. S. (graeci) in Bibliotheca Viennensi 1597. Tegumentum libri hanc dedicationem habet: Domino Donavero vc. δῶσιν ὀλίγην E. Ehinger 1649.

13305 (Rat. civ. 305) in 12°. s. XVII. 74 fol. 950
Joan. Exlini Geislingensis historiogeographia ad Franc. Kevenhillerum.

13319 (Rat. civ. 319) in 2°. s. XVIII ineunt. 72 fol. 951
Chronicum Carinthiae. Est liber non absolutus **Marci Hansizii** S. J., editus a. 1793 Norimbergae.

13321 (Rat. civ. 321) in 4°. a. 1575. 177 fol. 952
Nummi consulares ab **Adolpho Occone** (ordine alphabetico) descripti. Autographum auctoris.

Codices num. 13401 — 13588 ex bibliotheca monasterii S. Blasii ordinis praedicatorum Ratisbonensis.

13401 (Rat. Domin. 1) in 2° mai. a. 1436. 312 fol. 953
Thomae Aquinatis Secunda secundae. — Scripsit Andreas Dachsperger.

13410 (Rat. Domin. 10) in 2°. a. 1460 sq. 265 fol. 954
F. 1 Quaestio utrum sacramentum eukaristiae debet dari populo sub utraque specie a. 1460.

f. 13 **Antonii Rampigolli** ord. fr. Aug. Biblia aurea ordine alphabetico. Adiecta est (ante registrum) f. 102 sq. notitia de versionibus Scripturae s. vet. Testamenti ex lingua hebraica in graecam et latinam.
f. 108 De VII virtutibus correspondentibus septem peccatis mortalibus. Inc. Circa quadraginta duas mansiones etc.
f. 152 Dialogus quidam discipuli ad suum magistrum. Est **Anselmi** Lucidarius.
f. 178 **Thomae Aquinatis** tract. de modo et forma praedicandi. — f. 194 Qui doctores et eorum libri probati et qui apocryphi sunt. (Auctor est **Guigo Engelheer** cartusianus.) — f. 201 Tract. de divinis officiis et horis canonicis.
f. 210 **Bartoli de Saxoferrato** tract. de bannitis. — f. 213 De mysteriis missae et eius expositione secundum Bartholomaeum et Lotharium. f. 221 Tract. de defectibus missae. f. 225 (**Johannis Gerson**) Tract. de arte moriendi. f. 235 Alphabetarium diuini amoris. f. 250 **Hugonis** tract. de archa Noe et contemplatione novem chororum angelorum. — f. 254 (**Henrici de Frimaria**) Tract. de instinctibus vel commonitionibus. — Scripsit Georgius Förstel de Tegernhaim.

955 **13411** (Rat. Dom. 11) in 2°. a. 1469. 223 fol.
Joannis Nider Praeceptorium divini amoris i. e. de decem praeceptis.

956 **13412** (Rat. Dom. 12) in 2°. a. 1473. 345 fol.
Roberti de Licio ord. min. Quadragesimale de penitentia. Apographum ex exemplo Venetiis a. 1472 typis expresso.

957 **13418** (Rat. Dom. 18) in 2°. a. 1449. 415 fol.
Jordani de Quedlinburg Postilla super Evangelia (ab adventu usque ad Pascha).

958 **13420** (Rat. Dom. 20) in 2°. a. 1451 et 1454. 402 fol.
F. 1 **Sensati** sermones super epistolas dominicales per annum. Hanc libri partem scripsit a. 1451 Georg. Singer.
f. 141 Expositio canonis missae.
f. 212 **Jacobi de Voragine** sermones de Sanctis per annum. f. 324 Sermo (eiusdem?) de dedicatione templi. — f. 332 Sermones communes de Sanctis et alii.

959 **13421** (Rat. Dom. 21) in 2°. s. XV. 392 fol.
Collationes et sermones in concilio Constantiensi habiti (numero 61). Nomina auctorum plerumque praefixa sunt; ultimus sermo est episcopi Laudensis 'Super condempnatione Jo. Huss.'

960 **13422** (Rat. Dom. 22) in 2°. s. XV. 274 fol.
Propositiones, responsiones, collationes factae in concilio Basileensi.

961 **13425** et **13426** (Rat. Dom. 25 et 26) a. 1399 et 1398. 311 et 497 fol.
Alexandri de Ales Summa theologiae.

962 **13429** (Rat. Dom. 29) a. 1412. 251 fol.
Thomae de Pusilia Sermones super epistolas et (f. 108) Evan-

gelia per circulum anni. Praecedunt f. 1—9 'Gesta saluatoris', i. e. Evangelium Nicodemi.

13431 (Rat. Dom. 31) a. 1427 sq. 549 fol. **963**

F. 1 **Pauli Cholner** canonici Ratisb. et Patav. Tractatus praedicationis. — f. 6 Sermones de tempore. — f. 320 Legenda de S. Pilato. — f. 324 **Lucae de Villa Dei** sermones de tempore. — f. 480 Sermones de tempore.

13434 (Rat. Dom. 34) in 2°. a. 1423. 245 fol. **964**

Socci sermones de Sanctis cum tabula.

13437 (Rat. Dom. 37) in 2°. s. XIV extr. 250 fol. **965**

Bartholomaei de S. Concordio Pisani Summa.

13439 (Rat. Dom. 39) miscell. in 2°. s. XV ineunt. et a. 1378. 265 fol. **966**

F. 1 (**Waltheri de Burley**) Tract. de vita et moribus veterum philosophorum.
f. 36 (**Hugonis de Argentina**) Summa theologicae ueritatis.
f. 134 'Quaestiones theologicales'.
f. 160 Expositio LXX hymnorum. Primus est 'Conditor alme syderum', extremus 'Salue festa dies.'
f. 237 (**Jacobi de Lausanna**) Moralitates secundum ordinem alphabeti. — f. 254 (**Bernardi Clarev.**) Meditationes de passione Christi per horas canonicas. — f. 257 Historiae biblicae. — f. 263 Quaedam de missa et vestibus in ea induendis etc.

13443 (Rat. Dom. 43) chart. et membr. in 2°. a. 1380. 360 fol. **967**

Nicolai de Gorra Glosa super Lucam.

13445 (Rat. Dom. 45). in 2°. a. 1397. 214 fol. **968**

F. 1 **Guilelmi Parisiensis** Summa uirtutum. f. 65 Eiusdem liber de fide et legibus. — f. 182 Tractatus (eiusdem?) de temptationibus et resistentiis. — Scripsit Henr. Gotzberger.

13446 (Rat. Dom. 46) in 2°. a. 1401 et 1406. 264 fol. **969**

F. 1 Magistri **Matthiae** sermones de festis dominicalibus et passione Domini. — f. 136 Septem aenigmata Aristotelis. f. 137 Declarationes **Senecae** super leges antiquorum philosophorum. Inc. In ciuitate atheniensi fuit constituta talis lex. Sunt eaedem declamationes quae leguntur in cod. lat. 3591. f. 143 Imagines quatuor uirtutum cardinalium.
f. 143 **Fulgentii** liber picturarum de diuersis imaginibus. Inc. Narrat quidam magister aragonensis.
f. 146 Liber officiarius de Sanctis.

13447 (Rat. Dom. 47) in 2°. s. XV. 232 fol. **970**

Petri de Aquila quaestiones in I. II. et IV. libros Sententiarum.

13497 (Rat. Dom. 97) in 2°. s. XV. 224 fol. **971**

Aegidii (de Columnis) ord. fr. S. Aug. de Roma lib. de regimine principum. — f. 161 Sermones dominicales. — Scripsit Georgius Illuminator de Wienna.

972 **13501** (Rat. Dom. 101) miscell. membr. et chart. in 2°. s. XIV. 196 fol.
F. 1 Pars commentarii in sacram scripturam. Inç. Ego sapientia effudi flumina.
f. 13 Commentarius in IV libros Sententiarum.
f. 78 **Thomae Anglici** Lectura super XII psalmos.
f. 122 **Thomas de Aquino** (?) in Ecclesiasticum. f. 157 Sermo.
f. 159 **Augustini** libri II de praedestinatione.
f. 182 **Bedae** Expositio in Tobiam. f. 187 Idem de vita sua et suis scriptis. f. 187 Eiusdem quaestiones in libros Regum. f. 195 Vitae S. Altmanni particula; cf. Pertzii Scriptt. XII, 229 sqq.

973 **13505** (Rat. Dom. 105) in 2°. a. 1466. 187 fol.
Thomae Aquinatis Quadragesimale quod intitulatur 'Petitiones animae'. Scripsit Doninus de Bottinis civis Parmensis.

974 **13506** (Rat. Dom. 106) in 2°. a. 1461. 236 fol.
Milis iuris periti Repertorium iuris civilis.

975 **13513** (Rat. Dom. 113) in 2°. a. 1458. 287 fol.
Haymonis Sermones super Evangelia et de tempore. — f. 268 Actus apostolorum.

976 **13555** (Rat. Dom. 155) in 2°. a. 1474. 260 fol.
Tractatus sive Sermones LXXI de sacramentis, a. 1472 ad populum Pataviae praedicati. — Scripsit Wolfg. Lindner, cryptarius ecclesiae Patavinae etc.

977 **13556** (Rat. Dom. 156) in 2°. s. XV. 17 fol.
Errores quidam Wicleffi et Johannis Huss cum eorum reprobatione.

978 **13557** (Rat. Dom. 157) in 2°. s. XV. 98 fol.
Johannis Friss ord. praedic. conventus Argentinensis Lectura in VIII libros Physicorum Aristotelis in conventu Lovaniensi habita a. 1479.

979 **13566** (Rat. Dom. 166) in 4°. a. 1425. 294 fol.
F. 1 Sermones de quadraginta duobus mansionibus filiorum israel. f. 65 Cordiale de quatuor nouissimis. — f. 107 **Henrici de Hassia** sermones de B. Maria V. — f. 171 Sermones de tempore aestivales. — Scripsit Joh. Gredinger ord. praed.

980 **13567** (Rat. Dom. 167) in 4°. a. 1430. 308 fol.
F. 1 Tractatus de praeparatione cordis. Scripsit Leonardus Hirll. — f. 120 Sermones de tempore. Scripsit fr. Petrus de Rosenheym.

981 **13568** (Rat. Dom. 168) in 4°. a. 1437. 294 fol.
Discipuli (Jo. Herolt) Postilla super epistolas et evangelia dominicalia et de Sanctis.

982 **13569** (Rat. Dom. 169) in 4°. s. XV. 209 fol.
F. 1 **Johannis Nider** Manuale confessorum. Scripsit fr. Nicolaus Umbehauen a. 1450. Idem manuale repetitum est alia manu fol. 77 – 111.

F. 75—76 Tract. **Johannis de Gersana** (Gerson) cancellarii parisiensis de confessionis materia.
f. 106 Excerpta varia theologica. — f. 112 **Johannis Nider** tract. de lepra morali. Scripsit Nicol. Umbehauen a. 1451.

13570 (Rat. Dom. 170) in 4°. a. 1457. 413 fol. **983**
Doctoris Wiennensis mag. **Thomae de Haselpach** sermones super epistolas de tempore, item aliquot de Sanctis.

13571 (Rat. Dom. 171) in 4°. s. XV. 217 fol. **984**
F. 1 **Joannis Swarz** ord. praed. Collectura sermonum partim ab aliis (praesertim ab **Jo. Capistrano**) partim ab ipso Eistanii (Eistadii?) habitorum, item variarum quaestionum theologicarum. Interiecta sunt f. 65—75 Vocabula latina germanice interpretata per mag. **Johannem Minderstat**. Inc. Abstractum gefronet. f. 76—92 Excerpta super Genesin.
f. 174 **Francisci de Reza** sermones et collationes. — f. 205 Excerptum Alberti Magni de confessoribus.

13572 (Rat. Dom. 172) in 4°. s. XV. 161 fol. **985**
F. 1 **Aristotelis** Oeconomica in lat. versa a Leonardo Aretino.
f. 32 **Bernhardi** ep. de cura rei familiaris ad Ambrosium comitem Castri S. Ambrosii.
f. 35 **Platonis** Phaedrus, f. 55 Apologia Socratis, f. 76 Crito, f. 88 Gorgias Leonardo Aretino interprete. Interiecta est f. 51—55 Tabula chronicae Orosii.
f. 149 **Leonardi Aretini** epistola de muliere docta ad illustrem dominam Baptistae.

13573 (Rat. Dom. 173) in 4°. a. 1486. 148 fol. **986**
F. 1 Copia bullae confirmationis et indulgentiarum psalterii virginis Mariae papae Sixti. f. 2 Copia litterarum Alexandri episcopi Forliuiensis legati a latere in partibus Germaniae de confirmatione et approbatione fraternitatis psalterii virginis Mariae.
f. 4 **Alani de Rupe** ord. praed. Apologeticus s. tract. responsorius de Psalterio B. Mariae V. ad Ferricum de Climaco episc. Tornacensem. f. 75 Eiusdem tract. de dignitate sive excellentiis sacerdotum. — f. 98 Modus orandi psalterium beato Dominico relevatus. — f. 106 **Alani de Rupe** epistola de psalterio Virg. Mariae. f. 117 Exempla quam utile est legere psalterium Mariae excerpta ex collationibus Alani. Sequuntur alia de eodem psalterio. — Scripsit Joh. Marschalck de Molhusen publicus notarius.

13580 (Rat. Dom. 180) membr. in 2°. s. XIV. 225 fol. **987**
Nicolai Esculani ordinis fr. praed. sermones de tempore.

13581 (Rat. Dom. 181) membr. in 2°. s. IX. 284 fol. **988**
F. 1 **(Fausti Rhegini)** Sermo sic incipiens: Sanctus Euangelista docet nos necessitatem etc.
f. 3 Explanatio Apocalypsis per interrogationes et responsiones (Juliani Toletani?). Praecedit prologus amplus sic incipiens:

Deuotissima ac inextricabilis et ut ita dixerim obstinata petitio tua inportune aures nostrae paruitatis pulsare minime desistit etc.

f. 31 Quaestiones ex Vetere et Novo Testamento. Sunt **Juliani Toletani** Ἀντικειμένων s. Contrapositorum libri II.

f. 105 **(Alcuini)** Quaestiones (cum responsis) in Genesin. Cf. ed. Frobenii I, 305.

f. 118 D̄. in Christo uenerabili summa caritate diligendo fratri p̃. (Petro?) cand. salutem. Inc. 'Non omnimodis ab re agis qui relatiuo loquendi more loquens te filium, me autem patrem appellas.' Concluditur epistola septem versibus, quorum primus est: Tempus erit quando frater cum fratre loquetur.

f. 122 '**Augustini** de hoc quod propheta dicit inmundum ne tetigeritis.' Inc. Dominus per prophetam dicit: Recedite etc.

f. 125 De quattuor uirtutibus cardinalibus. Inc. Quattuor namque esse in animabus iustis uirtutes manifestum est. In fine hi versus:

Mitis ab aetherio clementer Christus olimpho
Te regat exaltet defendat ornet et amet
Jam ualeas uigeas Christo donante per aeuum.

f. 125[b] Sermo sic incipiens: Non inmemor debiti iam reddendi tempus agnosco.

f. 128 '**Augustini** de eo quod non declinabis ad dextram uel ad sinistram'. Inc. Adtendite quid per salomonem moneat spiritus sanctus. f. 129[b] Item **Hieronimi** de eadem re. Inc. Qui ambulat una uia et regia non laborat. f. 130[b] '**Papae Gregorii** de spiritus sancti septim formis gratiā' (scr. septimformi gratia). f. 138 **Augustini** sermo de oratione dominica = sermo n. 58.

f. 144 **Hieronimi** epistola ad Amandum = I, 293 ed. Vall.

f. 147 **Augustini** expositio super epistolas Johannis; cf. III, 1977 ed. Migne.

f. 226—242 **Alcuini** epistolae, n. 6, 13, 78, 148, 138, 109, 92, 160, 157, 158, 139 ed. Frobenii. Usus est libro pretioso Phil. Jaffé in edendis Alcuini epistolis; cf. Bibl. rer. Germ. VI, 137.

f. 243 Abbatis **Petri** ad Amalaricum (Fortunatum) praesulem (Trevirensem † 814) epistola cum carmine.

f. 244—251 De Symbolo et de caerimoniis baptismi ex epistola quae fertur Alcuini ad Imperatorem Karolum. Cf. Canisii Ant. Lect. II, 1, 543—548 ed. Basnage.

f. 252 Visio Isacae filii Amos exposita.

f. 261[b] De uestibus pontificis.

f. 262[b] **Catonis** liber V (de uino fugiendo). Inc. Qui cupis esse bonus et uis dinoscere uerum etc.

f. 264 **Hieronymi** expositio (Evangeliorum). Inc. Moyses uir sanctus librum creationis caeli et terrae . . conscripsit.

989 **13582** (Rat. Dom. 182) membr. in 4°. s. XIV. 126 fol. **Thomae Cantipratensis** liber de natura rerum (diversus a poste-

riore editione huius operis, quae libris XX constat). Adiectae sunt fol. 1 strophae duae germanicae **Reinmari de Zweter** p. 143 et 137 ed. Manesse.

13583 (Rat. Dom. 183) membr. in 4°. s. XII/XIII. 100 fol. **990**
(Haimonis) Expositio sive Postilla psalterii (non integra). f. 91 Sermones.

13584 (Rat. Dom. 184) membr. in 4° min. s. XIV. 226 fol. **991**
Johannis (de Friburgo) Lectoris fr. ord. praed. Quaestiones casuales. f. 179 Eiusdem instructio confessorum (i. e. confessariorum). f. 202 Tabula quaestionum casualium.

13585 (Rat. Dom. 185) membr. in 4° min. s. XIV. 291 fol. **992**
Jacobi de Lausanna fr. ord. praed. sermones de tempore et de Sanctis, item alii. f. 282 Tractatus (eiusdem?) de oratione dominica.

13586 (Rat. Dom. 186) membr. in 4° min. s. XIV. 86 fol. **993**
Tabula super Summam Raimundi de Pennaforte alphabetica.

13587 (Rat. Dom. 187) membr. in 8°. s. XIV. 600 fol. **994**
Medela languentis animae (ex dictis et gestis SS. Patrum de vitiis et virtutibus) compilata a fratre quodam ord. praedic. Sunt duo libri.

13588 (Rat. Dom. 188) membr. in 8°. s. XIII. 114 fol. **995**
Liber miraculorum beatae Mariae Virginis.

13591 (Rat. bibl. Franciscanorum) membr. in 4°. s. XIV. 245 fol. **996**
Biblia sacra Novi Testamenti.

13601 (Rat. Niedermünster) membr. in 2°. s. XI. 119 fol. **997**
Quattuor Evangelia. De hoc codice, scripturae splendore et picturarum quibus exornatus est pulchritudine, insigni, cf. Fr. Kugleri Museum 1834 p. 164.

Codices n. 14000—15028 ex bibliotheca monasterii ord. S. Benedicti ad S. Emmeramum Ratisbonensis. *)

14000 (Emmer. sine numero) membr. in 2°. a. 870. 126 fol. **998**
Codex quatuor evangeliorum aureus. Liber pretiosissimus, quem Imperator Arnulfus monasterio Emmeramensi donavit, accurate descriptus est a Colomano Sanftl in Dissertatione Ratisbonae a. 1786 edita.

*) Horum librorum index exstat a Colomano Sanftl summa cum industria confectus. Hunc ducem secutus maiorem eorum partem Fridericus Keinz brevius descripsit, reliquos partim Carolus Halm, partim Georgius Thomas, partim Gul. Meyer.

999 **14001** (Em. A 1) membr. in 2° max. s. XI. 282 fol., picturis et litteris initialibus ornatus.

Pentateuchus, liber Josuae, Judicum, Ruth, quatuor libri Regum, praemissis S. Hieronymi solemnibus praefationibus, item ab initio epistola ad Paulinum. Explicit codex in S. Hieronymi 'Praefatione in Parabolas Salomonis'. Folia 89—118 deperdita manu saec. XV suppleta sunt.

1000 **14002** (Em. A 2) membr. in 2° max. a. 1347. 194 fol. cum initialibus eleganter pictis.

Daniel cum XII prophetis minoribus, Machabaeorum libri duo et novum Testamentum, praemissis solemnibus prologis.

In fine notatur: Anno domini M. CCC. XLVII. scriptus est hic liber temporibus domini Alberti abbatis monasterii Sancti Emmerami Ratispon. ad procurationem fratris Wichmanni Vituli cantoris per manus fratris Chunradi scriptoris Althe superioris professi. In ultimi folii columna notitiae de abbate Balduino, de eius itinere (a. 1319) ad curiam Avinionensem, eius morte (1324), de electione Alberti de Smidmülln, de nomine monasterii S. Emmerami antiquo, sc. mons martyrum.

1001 **14003** (Em. A 3) membr. in 2° mai. s. XIV. 230 fol. cum litteris initial. pictis, binis columnis scriptus.

Petri Trecensis (Comestoris) scholastica historia. In fol. 1 elenchus librorum sacrorum et 'expositores sacrae scripturae'. A tergo ligaturae anterioris scripta est 'ordinatio Alberti episcopi a. 1357' de donatione librorum, de qua cf. Serapeum a. 1841 p. 262.

1002 **14004** (Em. A 4) in 2° mai. a. 1475. 225 fol. cum initialibus pictis et deauratis.

Philippi de Bergamo Cato glossatus. f. 225 Tabula historiarum. Codex exaratus est 'in urbe Ratisponensi per Leonardum Steffen dictum de Eychstett'. Inter fol. 223 et 224 abscissa sunt 21 folia, quae respondent 43 foliis editionis a. 1475, quam possidet bibliotheca nostra = Inc. c. a. 354. 2°.

1003 **14005** (Em. A 5) membr. in 2° mai. s. XIV. 351 fol., imaginibus ac literarum picturis ornatus.

Gratiani decretum seu Concordia discordantium canonum, cum glossa **Bartholomaei Brixiensis**. Ad calcem glossae notatur: Explicit apparatus editus a Johanne Theotonico. Hic Johannes Semeca, Teutonicus dictus, praepositus erat S. Stephani Halberstadiensis saec. XIII, cuius apparatum Bartholomaeus correxit atque auxit.

1004 **14006** (Em. A 6) membr. in 2°. mai. s. XIV. 220 fol.

Henrici de Segusio Summa aurea Decretalium (summa Ostiensis); cf. Clm. 15707. Inc.: Alpha et ω. unum in essentia. Ad calcem versiculi:

Monstrans obscuras iuris dissoluere curas
Explicat antiquas haec noua summa plicas
Pro summae summo sit regi gloria summo. amen.

Adiecta est in fol. ultimo recensio possessionum ab abbatibus

conventui donatarum. — Scripsit librum Wolfkerus monachus de inferiore Altach.

14007 (Em. A 7) in 2° mai. a. 1479. 359 fol. **1005**
Quodlibetum morale. Opus initio carens 167 capitulis varia praecepta ascetica et morales discursus complectitur.

14008 (Em. A 8) in 2° mai. s. IX—X. 259 fol. binis columnis exaratus. **1006**
Collectio canonum SS. Patrum. Est collectio Hadriana aucta, cuius partes accurate descripsit Maassen, Gesch. der Quellen u. Literatur des can. Rechts p. 455 sqq. In codice nostro inter fol. 121 et 122 integer quaternio (XVII) excidit; huius duae chartae iterum inventae in cod. Emmeramo n. 14041, cuius tegumentum iis vestitum erat, a. demum 1875 suo codici redditae sunt.
f. 253 Liber S. **Augustini** de ecclesiasticis regulis. Est liber **Gennadii Massiliensis** de eccles. dogmatibus, qui in nostro codice admodum discrepat a recensione Geverh. Elmenhorstii Hamburgi 1614.

14009 = cod. Germ. n. 3959.

14010 (Em. A 10) membr. in 2°. s. XIV. 230 fol. manu diversa. **1007**
Codex Justiniani cum glossa. Sunt libri IX priores.

14011 (Em. A 11) membr. in 2° mai. s. XIII. 297 fol. eleganter scriptus, binis columnis, cum initialibus ornatis et saepe ingeniose adumbratis. **1008**
F. 1 **Gregorii IX libri quinque Decretalium** cum glossa **Bernardi Bottoni Parmensis.** Glossa incipit: Gregorius. In huius libri principio quinque praecipue sunt praenotanda. In fronte singulorum librorum elegantissimae miniaturae auro distinctae. Supra imaginem, quae inter praefationem ac librum primum posita est, legitur manu altera: Min sir Tomazů deli Galuzi. Aliae effigies vel arabescae penna bellissime designatae exornant hic illic intervalla glossarum, maxime ab margine inferiore; uti f. 270^v simulacrum feminae circumscriptum: ista est domina $\overline{rm}$. henig (?); f. 271 bestia cuculata aenigmatis instar, addito: ·ist daz gůt. daz ist mir liep.
f. 276 Compilatio dom. **Innocentii Papae Quarti** cum glossa. Sunt constitutiones in concilio Lugdunensi a. 1245 editae, insertae decretalium libro sexto. Frontem libri distinguit pictura egregia. Glossa (in f. 275 extremo) incipit: Cum in multis infinitas. nota quod infinitas in multis articulis iuris reprobatur.
f. 289 **Gregorii X.** constitutiones in concilio Lugdunensi secundo (a. 1273) editae; item libro sexto Decretalium insertae sunt. ‘Proemium siue salutatio’ praecedit ad universitatem magistrorum et scolarium **Parisiensem**, quae eadem ad Bononienses data legitur in Boehmeri Corp. Jur. Can. 2. Append. 371.

1009 **14012** (Em. A 12) in 2°. s. XV. 266 fol.
Magistri Engelschalk pars hyemalis super evangelia dominicalia et ferialia, a dominica adventus domini usque ad Pasca.

1010 **14013** (Em. A 13) membr. in 2°. s. XV. 60 fol.
Cantus ad missam. Omnes cantus chorales, introitus, gradualia, sequentiae etc. cum notis musicis. Codex eleganter scriptus, litteris auro et coloribus distinctis, sed lacunosus, velut post f. 8 et 9 plura exciderunt. In f. 1 conspectus cantuum.

1011 **14014** (Em. A 14) in 2°. s. XIV. 192 fol.
F. 1 **Johannes de Lignano** super Clementinas. Inc. Iudicum septimo c. Congregati sunt — expl. causa foret contra aequitatem naturalem. — f. 177 **Bartoli** Tractatus Minoricarum, praemissa constitutione Johannis XXII, Extrav. 14. 2. In fine: Explicit tractatus minoricarum per Bartolum editus sub a. d. 1395 etc. Addita quaedam eiusdem argumenti de hereditatibus fratribus minoribus etc. relictis.

1012 **14015** (Em. A 15) membr. in 2°. s. XIV. 127 fol. binis columnis exaratus.
Liber sextus Decretalium cum glossa **Joannis Andreae.**
Pag. 1 conspicitur pictura Bonifacium (VIII) in throno sedentem exhibens inter quatuor cardinales. In fine haec leguntur: Opus finiui quod longo tempore scripsi. scilicet minus ebdomadis sex anno uno. Amen dicunt omnia. In fol. 126 et 127 adscripta eadem manu: **Joannis Andreae** lectura super arboribus consanguinitatis et affinitatis. In folio a fronte cod. insiticio fragmenta **Juvenalis**, saec. XII/XIII, fortasse reliquiae cod. dudum deperditi G. 78.

1013 **14016** (Em. A 16) membr. in 2°. s. XIV. 37 fol. binis columnis exaratus.
F. 1 **Conradi de Monte Puellarum** tractatus de arboribus consanguinitatis et affinitatis. In fine: Explicit reportorium nuptiale Magistri Conradi de Montepuellarum Canonici eccl. Ratisp. editum ab ipso. a. d. 1372 in die b. Egydii Abbatis.
f. 28 Canones poenitentiales et omnes casus latae sententiae excommunicationis totius iuris canonici. Inc. Circa poenitentias iniungendas 'Huius Collectionis auctor forte idem Conradus est. Saltem A. Mayer in Diss. de Canon. Ratisb. p. 15 eiusdem opera recensens etiam Collectionem Canonum poenitentialium memorat'. Sanftl.

1014 **14017** (Em. A 17) in 2° mai. s. XV. 268 fol.
F. 1 Decisiones rotae Romanae a **Wilhelmo Horborch** collectae usque ad annum 1381.
f. 91 Allegationes **Lapi de Castellis** abbatis monasterii S. Miniatis in Florentia abbreviatae per **Antonium de Butrio** a. 1433.
f. 177 **Petri de Ancharano** tractatus de ecclesiastico interdicto a. 1431. f. 188 **Thomae de Piperata** tract. de fama indiciis argumentis et presumptionibus. f. 192 **Gasparis de Perusio**

tract. de reservationibus beneficiorum a. 1427. f. 203 'Compilatio materiae oblationis libelli.' Inc. Et haec materia, scilicet de libelli oblatione. f. 208 Remissiones glossarum in decretis (est breve Repertorium praecipuarum materiarum glossae ordinariae). f. 225 Tractatus de collatione beneficiorum. f. 237 **Joannis Andreae** Summula testium s. Tract. de testibus. Scripsit Christianus Christiani presbiter de Flandria. f. 239 **Andreae de Escobar** Hispani Tract. de decimis. Romae 1425. f. 249 **Aegidii de Fuscariis** Ordo iudiciarius.

14018 (Em. A 18) membr. in 2°. s. XI/XII. 199 fol. **1015**
Pentateuchus, libri Josuae, Judicum, Ruth.

14019 (Em. A 19) in 2°. mai. a. 1463. 238 fol. **1016**
Petri Trecensis scholastica historia. — Scripsit fr. Johannes Lewtl professus et monachus Althe superioris ord. S. Benedicti.

14020 (Em. A 20) in 2° mai. s. XV. 309 fol. **1017**
Joannis de Imola Commentarius in Clementinas.

14021 (Em. A 21) in 2° mai. a. 1463. 312 fol. **1018**
Philippi de Bergamo Cato glossatus.
Liber integer cum tabula historiarum. — Proemium fol. 32 aeque atque in cod. 14004, fol. 27 ab editione a. 1475 discrepat. Jam Sanftl p. 593 adnotavit: 'In editione Joanni Galeazio Vicecomiti Mediolanensi dedicatur, cum tamen in codice nostro Francisco de Cararia inscriptum sit: quae diversitas fors inde venit, quod olim haud insuetum fuerit, ut idem liber ab auctore pluribus transmissus singulis speciatim dicaretur.'

14022 (Em. A 22) membr. in 2°. s. XIV. 329 fol. binis columnis exaratus et initialibus pictis ornatus. **1019**
Digestum vetus s. Pandectarum iuris civilis libri XXIV priores cum glossa.

14023 (Em. A 23) in 2° mai. s. XV. 649 fol. **1020**
Biblia utriusque Testamenti. f. 511—514 Capitulare epistolarum et evangeliorum per annum legendorum.

14024 (Em. A 24) membr. in 2° mai. s. XIII. 210 fol. binis columnis scriptus et initialibus pictis ornatus. **1021**
Gratiani decretum cum glossa Bartholomaei Brixiensis. Praemittitur fol. 1—6 Synopsis decreti. In fol. 210 a bibliopega infixum inter alia fragmentum: de gradibus affinitatum.

14025 (Em. A 25) membr. in 2°. s. XIV. 79 fol. binis columnis cum initialibus ornatis et pictura a fronte. **1022**
Johannis Andreae super VI. librum Decretalium, de regulis iuris. Inc. Non est nouum sic incipit glossa. Cf. Mazzuchelli I, 2, 699.

14026 (Em. A 26) membr. in 2°. s. XIV. 170 fol. **1023**
F. 1 'Additiones Joannis Andreae', i. e. ad Jo. A. commentarium in libros Decretalium. f. 139 Summa super quarto libro Decretalium Joannis Andreae. Cf. Mazzuchelli I, 2, p. 699.

f. 140 Lectura Joannis Andreae super arboribus et consanguinitatis et affinitatis.

1024 **14027** (Em. A 27) membr. in 2°. s. XIV. 48 fol. binis columnis. Apparatus **Johannis Andreae** super Clementinas. Adiecta est fol. 48 (alia manu cursiva) Bulla Bonifacii VIII de decimis. Inc. Bonifacius episc. seruus seruorum dei. venerabili fratri Archiepiscopo Beneuenantano salutem. Declarationes quas in negocio decime etc. Extat in Extravag. l. 3. tit. 7, sed deest in nostro cod. finis, cum exeat in verba: vel non integram = Corp. iur. can. ed. Freiesleben t. 2, p. 363 §. 11. Textus hic illic variat.

1025 **14028** (Em. A 28) membr. in 2°. s. XIV. 203 fol. **Digestum vetus cum glossa**. Ultimae chartae desunt; exit enim f. 203 in verba: sobolem procreandam replendam = Dig. l. 24 tit. 3 §. 1.

1026 **14029** (Em. A 29) membr. in 2°. s. XV. 148 fol. F. 1 **Andreae Ratisbonensis** Chronicon generale. Edidit Pezius in Thes. Anecd. IV, 3, 273 sqq. ex codice Monseensi. f. 97 Huius chronici continuatio ab a. 1422 usque ad 1438.

f. 107 Collectio actorum et monumentorum ad concilium Constantiense, praesertim ad historiam belli Hussitici pertinentium. Insunt haec: f. 107 Concilii Constantiensis sententia condemnatoria doctrinae Joannis Wiclef. f. 109 **Andreae de Prodo** tractatus de origine Hussitarum. Edidit C. Höfler, Geschichtschr. der Hussit. Bewegung II, 327 sqq. — f. 121 Johannis Huss confessio. Concilii Constantiensis sententia condemnationis contra eundem et c. Hieronymum Pragensem. f. 124 Eiusdem concilii sessionis XV. et XIX. pars. f. 128 Juramentum Sigismundi Regis Rom. factum in concilio Const. papae Martino V. Concilii sententia condemnatoria contra Petrum de Luna, Benedictum XIII. nuncupatum. f. 128 Historia expeditionum contra haereticos in Bohemia, a fr. **Johanne Andrea Ratisb.** concinnata. Edidit Höflerus l. c. p. 406 sq.

1027 **14030** (Em. A 30) membr. in 2°. s. XI. 155 fol. **Hieronymi** sermo de assumptione S. Mariae. f. 11 Sermo (**Bedae** VII, 149) de omnibus Sanctis. f. 44 **Haimonis** Halberstadtiensis homiliae in Evangelia de tempore a Paschate usque ad nativitatem Domini.

1028 **14031** (Em. A 31) membr. in 2° mai. s. XI. 166 fol. Vitae et passiones Sanctorum (numero 53). Praemissa est tabula vitarum.

1029 **14032** (Em. A 32) membr. in 2°. s. XIV. 284 fol. cum picturis a fronte, binis columnis exaratus.

F. 1 **Gregorii IX Decretalium libri V cum glossa.**

f. 265 **Innocentii IV** Constitutiones cum glossa. f. 277 Novae Constitutiones Gregorii X cum glosa. Cf. ad cod. 1411, qui plane eosdem libros continet.

14033 (Em. A 33) membr. in 2°. s. XIV. 225 fol. cum litteris initialibus pictis et deauratis, binis columnis exaratus. 1030
Gregorii IX Decretalium libri V cum glossa. Adiecta est f. 223—225 a manu recentiore **Joannis Andreae** lectura super arboribus consanguinitatis et affinitatis.

14034 (Em. A 34) membr. in 2°. a. 1295. 286 fol. 1031
Jacobi de Voragine Legenda aurea Sanctorum. f. 277 Vita S. Wolfgangi (auctore **Othlono**).

14035 (Em. A 35) membr. in 2°. s. XIV. 102 fol. binis columnis scriptus. 1032
F. 1 Institutiones Justiniani Imp. cum glossa. De hoc cod. cf. Schrader. in moniti ad lectores p. 10.
f. 64 Consuetudines Feudorum cum glossa.
f. 99 Constitutiones domini Federici Romanorum imperatoris. Cf. Mon. h. Germ. Legg. II p. 243. Accedit: Confirmatio superiorum constitutionum sc. per Honorium III Papam, quae in edd. addi solet, cf. Corp. Jur. ed. Beck vol. 2 p. 1451.

14036 (Em. A 36) membr. in 2°. s. XV. 95 fol. 1033
Andreae presbyteri Ratisb. Chronicon generale.

14037 (Em. A 37) membr. in 2°. s. XIV. 40 fol. 1034
Rolandini Summa artis notariae.

14039 (Em. A 39) membr. in 2°. s. XI. 357 fol. 1035
Homiliae SS. Patrum in Evangelia dominicalia et festivalia a Paschate usque ad Adventum. Index a P. Dionysio Menger circa a. 1500 adiectus est.

14040 (Em. A 40) membr. in 2°. s. XII. 149 fol. 1036
Eusebii Caesariensis historia ecclesiastica interprete Rufino.

14041 (Em. A 41) in 2°. a. 1449. 238 fol. 1037
Petri Trecensis (Comestoris) scholastica historia. In fine legitur: Laetior optatum non cernit nauta portum, quam libri finem vidit qui scripsit eundem. Scriptus est liber a Friderico Lichtenfelss.

14042 (Em. A 42 membr. in 2°. s. XII/XIII. 166 fol. 1038
Hugonis (de S. Victore) de sacramentis fidei liber II. Adiecta sunt haec f. 165 sq. 1) Non cogendum esse aliquem ad artiorem vitam. 2) De quacumque professione et veste. 3) De banno. 4) Ut bannus ordinate fiat.

14043 (Em. A 43) membr. in 2°. s. XIV. 60 fol. 1039
Guidonis de Baysio Bononiensis expositio in librum VI. Decretalium.

14044 (Em. A 44) membr. in 2°. s. XIV. 155 fol. 1040
Aegidii de Columna Romani ord. erem. Aug. Commentarius in Aristotelis libros resolutionum posteriorum.

14045 (Em. A 45) membr. in 2°. a. 1406. 230 fol. 1041
Missale monasterii S. Emerammi cum benedictionibus ad quosdam

dies festos pertinentibus. Codicem, picturis et litteris auratis eleganter ornatum, scripsit Petrus dictus Crüger.

1042 **14046** (Em. A 46) membr. in 2°. s. IX. 110 fol.
Rabani Mauri commentarius in duos libros Macchabaeorum.

1043-45 **14047—14049** (Em. A 47—49) membr. in 2°. s. XII. 132. 151 et 122 fol.
S. **Gregorii** Moralium in Iob partes I—III sive libri I—XVI. Scripsit Helfrich sub Abbate Perngero (1177—1201).

1046 **14050** (Em. A 50) membr. in 2°. s. X. 95 fol.
Eiusdem libri pars VI sive libri XXVIII—XXXI.

1047 **14051** (Em. A 51) membr. in 2°. s. XII. 124 fol.
F. 1 et 2 et 124ᵇ et 125ᵃ Penitentiarius metricus (Peniteas cito), sed non integer; cf. ad cod. 14062 fol. 110. — f. 3 **Gregorii** Moralium pars VII sive libri XXXII—XXXV. — f. 125ᵇ De horis canonicis. Scriptor Ysingrimus in fine novem versus addidit, ex quibus patet eum 'dira Chounradi nobilis ira in exilium missum' in monasterio Emer. sub abbate Alberto asylum reperisse.

1048 **14052** (Em. A 52) membr. in 2°. s. XIII. 154 fol. cum litteris initialibus auro et picturis ornatis.
Petri Lombardi Sententiarum libri IV.

1049 **14053** (Em. A 53) in 2°. s. XV et XVI. 216 fol.
Commentarius in **Auicennae** canonis libri primi fen quartum, in codice false inscriptus: Lilium medicinae.

1186 **14192** (Em. C 11) in 2°. s. XV. 172 fol.
F. 1 **Guilelmi Peraldi** summa de virtutibus (abbreviata). f. 65 eiusdem summa de vitiis capitalibus. f. 169 Sermo super s. Pauli versum ad Rom. VIII, 32.

1187 **14193** (Em. C 12) in 2°. s. XIV. 310 fol.
Petri Trecensis (Comestoris) historia scholastica; in fine aliquot folia desiderantur.

1188 **14194** (Em. C 13) in 2°. s. XV. 219 fol.
Lexicon iuris canonici. In posteriore theca fixa est epistola Christiani abbatis in Obernaltach ad quendam clericum, et epistola Johannis abbatis s. Emerammi ad Ulricum abbatem in Planckstеten 1474.

1189 **14195** (Em. C 14) in 2°. s. XV. 278 fol.
F. 1 Commentarius in librum VI codicis Justiniani nonnullosque alios titulos iuris civilis. — f. 218 **Bartholomaei de Cepolla** Veronensis cautelae.

1190 **14196** (Em. C 15) in 2°. s. XV. 178 fol.
F. 1 **Petri Blesensis** epistolae intermixtae cum quibusdam aliis e. g. Henrici II. Angliae regis, Rothrodi Rothomagensis, Richardi Cantuarensis archiepiscoporum etc. — f. 154 Recessus visitationis monasterii s. Emerammi 1452. — f. 162 Conradi IV regis diploma quo monachos s. Emerammi, ubi vitae ipsius insidiae structae fuerant, in gratiam recipit a. 1251. f. 163

Instrumentum electionis Erasmi Münster abbatis s. Emerammi. f. 169 Historia persecutionis quam Haimo abbas et monachi Emerammenses a Leone Ratisbonensi episcopo perpessi sunt a. 1275. f. 171 Eugenii IV. papae bulla pro festo corporis Christi. f. 172 Sixti IV papae bulla contra eos, qui immaculatam conceptionem asserentibus haeresis notam inurebant. f. 174 Literae indulgentiarum ecclesiis Ratisbonensibus concessarum, Avinione 1337. f. 175 Martini V papae bulla pro festo corporis Christi. f. 176 Eaedem literae quae f. 174. f. 177 Documentum de concordia inter Rupertum episcopum Ratisbonensem et priorem Prüelensem facta a. 1500.

14197 (Em. C 16) membr. in 2°. s. VIII/IX. 136 fol. **1191**
Ezechiel, Daniel et XII prophetae minores cum praefationibus S. Hieronymi.

14198 (Em. C 17) in 2°. s. XIV. 128 fol. **1192**
F. 1 Sententiae variae ex decreto Gratiani excerptae ord. alphab. f. 20 **Pauli de Liazariis** repertorium decreti Gratiani. f. 29 **Joannis Calderini** d. d. Bononiensis auctoritates veteris et novi testamenti in libris decreti et decretalium insertae. Scriptum a. 1370 in Berchthersgadem. f. 87 Explanatio quorundam dubiorum circa titulos de fide instrumentorum. f. 88 de concessione praebendae. f. 89 Sermones IV ad sacerdotes. f. 95 Annotationes in varia iuris canonici capitula.
f. 99 **Henr. Hinderholzer** libellus contra Jo. Russheimer in causa cuiusdam capellaniae Steph. Schilwacz vicario gen. Frisingensi oblatus a. 1324. — f. 100 Acta processus inter Agnetem viduam Joannis filii Friderici Burggravii Norimbergensis et Fridericum eiusdem Joannis fratrem in causa dotis a. 1324 et 25. — f. 116 Duo sermones facti per **Henricum** dictum **Surdum** in die coenae 1398 et 1399.

14199 (Em. C 18) in 2°. s. XV. 239 fol. **1193**
F. 1 Decreta concilii Basileensis.
f. 132 Tractatus de processu iudiciario. f. 162 **Arnoldi Fabri** tract. de exceptionibus. f. 172 Commentarius in capitulum 'Execrabilis'.
f. 192 **Alberti de Ferrariis** quaestiones de horis canonicis.
f. 228 Joannis **Andreae** Apustilla Clementinarum, scripta per quendam Polonum (Risfridum?)

14200 (Em. C 19) in 2°. s. IX. 179 fol. **1194**
S. **Hieronymi** commentarii in Ezechielem liber VII—XI et XIV.

14201 (Em. C 20) in 2°. s. XV. 197 fol. **1195**
Sermones in evangelia et epistolas per quadragesimam cum nonnullis aliis.

14202 (Em. C 21) in 2°. s. XV. 237 fol. **1196**
Lectura mag. **Conradi de Susato** (Soest) super II et III libro Sententiarum (non integra).

1197 **14203** (Em. C 22) in 2°. a. 1479. 288 fol.
Conradi de Halberstadt Triuium praedicabilium. f. 119 Eiusdem Triloquium seu Tripartitum morale, cum indice alphabetico materiarum.

1198 **14204** (Em. C 23) in 2°. s. XV. 317 fol.
(Guilelmi Peraldi) Summa de virtutibus.

1199 **14206** (Em. C 25) in 2°. s. XV. 297 fol.
Matthaei de Cracovia Postilla in epistolas dominicales per annum.

1200 **14207** (Em. C 26) in 2°. s. XV. 309 fol.
Johannis Nider Praeceptorium seu expositio praeceptorum decalogi.

1201 **14208** (Em. C 27) in 2°. a. 1416. 433 fol.
Joannis Andreae Novella vel Commentarius in librum II. decretalium. Scriptus est codex a. 1416 in civitate Erford.

1202 **14209** (Em. C 28) in 2°. s. XV. 281 fol.
Thomae de Argentina Lectura super librum IV Sententiarum.

1203 **14210** (Em. C 29) membr. in 2°. s. IX. 127 fol.
Rabani Mauri de institutione clericorum libri III, cum prologo ad Haistulfum archiep., et prooemio ad fratres Fuldensis monasterii. — Codex Langobardico charactere exaratus in fronte hoc habet: Eranrih dedit istum librum pro anima Riholfi ad altare s. Emerammi.

1204 **14211** (Em. C 30) in 2°. s. XIV. 128 fol.
Acta processus inter Nicolaum episcopum Ratisbonensem et monasterium s. Emerammi super huius exemptione coram Joanne XXII papa agitati. Cf. R. Zirngibl Abhandlung über den Exemptionsprocess etc. München 1803.

1205 **14212** (Em. C 31) in 2°. a. 1444. 368 fol.
Magistri **Engelschalk** lectura in epistolas dominicales per annum. Codicem scripsit Heinr. Haslacher de Ratisbona.

1206 **14213** (Em. C 32) in 2°. s. XV. 142 fol.
Nicolai de Cusa scripta. f. 1 Libri III de docta ignorantia, compl. in Cusa a. 1440, 12 Febr. f. 33 Apologia in doctam ignorantiam, contra Joh. Wenck. f. 40 Libri II de coniecturis. f. 62 De quaerendo Deum a. 1445 Moguntie. f. 66 Ad Conradum de Wartberg canon. monast. Meinfeld de filiatione Dei, finitum a. 1445. f. 70 Ad dominum Gerardum episc. Solonensem de dato patris luminum. f. 73 Dialogi de sapientia. f. 79 Dialogus de mente, a. 1450 in monasterio Vallis Castri. f. 92 Dialogus de staticis experimentis, a. 1450 Fabriani. f. 96 Libellus de geometricis transmutationibus a. 1450 Reate. f. 105 Tractatus de mathematicis complementis ad Nicolaum V. papam. f. 109 Tract. de theologicis complementis. f. 116 Dialogus de pace et concordia unicae fidei. f. 125 Tract. de visione Dei ad abbatem et fratres monasterii Tegernsee.
f. 140 **Bernardi de Waging** (prioris in Tegernsee † 1472) Laudatorium doctae ignorantiae.

14214 (Em. C 33) in 2°. a. 1458. 322 fol. 1207
F. 1 **Antonii de Azaro** Parmensis Postilla super evangelia dominicalia. — f. 72 **Conradi Walthauser** Postilla studentium universitatis Pragensis super evangelia dominicalia (de auctoris nomine cf. Clm. 14225). Scripsit 1456—58 Erasmus Eytzenhofer cooperator in Ehing postea altarista in Landshut.
f. 313 Expositio passionis domini secundum Matthaeum.

14215 (Em. C 34) in 2°. s. XV. 218 fol. 1208
Guilelmi Parisiensis episcopi de universo libri II pars 1 et 2.

14216 (Em. C 35) in 2°. s. XV. 308 fol. 1209
Sermones varii. Interiecta sunt f. 13—17 Physiologus (mysticus). f. 36 Horologium devotionis. f. 99 **Bernhardus** de contemtu mundi. f. 101 Eiusdem stimulus amoris. f. 110 **Henrici de Hassia** epistola ad Joannem de Eberstein. f. 136 Speculum humanae vitae. f. 137 sq. Miscellanea ascetica, germanice. f. 138[b] Differentia inter vitam Christi et cleri. f. 161 Sermo contra mendicantes et specialiter de tertia regula Francisci. f. 164 Tractatus contra mendicantes, qui aliter vivere possunt. f. 169 Quod mendicatio est inhibita exceptis solis monachis de 4 ordinibus, adiuncto privilegio Lamperti episcopi Argentoratensis contra Beginas a. 1374. f. 180 **Marci** canonici Spirensis tract. de modo observandi interdictum. f. 190 Casus concessi tempore generalis interdicti secundum Joannem Andreae. f. 220 Breviloquium de penitentia partim lat. partim germ. f. 274 Henrici de Hassia sermo de eucharistia.

14217 (Em. C 36) in 2°. a. 1413. 219 fol. 1210
Laurentii Porti Vocabularius latinus.

14218 (Em. C 37) in 2°. a. 1430. 266 fol. 1211
F. 1 **Stephani de Borbone** tractatus de VII donis spiritus sancti pars I et II truncatae.
f. 124 Historiolae quaedam miraculosae.
f. 132 Homiliae per circulum anni. f. 250 **Henrici de Hassia** Expositio missae. Scripsit Petrus de Cladroua monachus a. 1430 Ratisbonae. f. 258 Homiliae nonnullae in evangelia.

14219 (Em. C 38) in 2°. s. XV. 184 fol. 1212
F. 1 Calendarium ecclesiasticum cum tabulis.
f. 18 **Conradi Soltau** Verdensis episcopi Quaestiones in IV libros sententiarum Petri Lombardi.

14220 (Em. C 39) in 2°. s. XV. 259 fol. 1213
F. 1 Duae expositiones cantici canticorum, prior allegorica, altera literalis. f. 181 **Origenis** in cant. cant. libri IV interprete Rufino, f. 247 eiusdem homiliae duae in cant. cant. interprete s. Hieronymo.

14221 (Em. C 40) membr. in 2°. s. X. 60 fol. 1214
F. 1 Calendarium cum cyclo lunari, tabula indictionum, epactarum, diei Paschatis etc., ab a. 874 usque ad a. 1063, cum

pauculis notis necrologicis. — f. 20 Descriptio horologii. f. 23 Descriptio quorundam medicamentorum.
f. 23 **Rabani Mauri** liber de computo.
f. 60 Reliquiae in duabus crucibus quas Ramuoldus abbas de S. Maximino ad S. Emerammum obtulit. — F. 54 et 55 inserta est historia de fundatione monasterii Wessobruñ., quae edita est in Mon. Boic. VII, 372.

1215 **14222** (Em. C 41) membr. in 2°. s. X. 199 fol.
F. 1 Quatuor evangelia cum praefationibus, argumentis, breviariis et canonibus Eusebianis. f. 186 Capitulare evangeliorum. F. 17. 198. 199 inserti sunt varii indiculi librorum et utensilium ecclesiae S. Emerammi, quorum unus ex anno 993, omnes editi in Serapei a. 1841 p. 260 sq.

1216 **14223** (Em. C 42) membr. in 2°. s. XIII. 124 fol.
Liber Iob cum copiosis adnotationibus excerptis ex glossa ordinaria. — f. 1 Fr. Chunradus Cholăr custos ecclesiae S. Emerammi enumerat quae a. 1366 recepit et expendit.

1217 **14224** (Em. C 43) in 2°. a. 1445. 417 fol.
Mag. **Engelschalk** lectura in evangelia dominicalia et ferialia, ab adventu usque ad pascha. — Codicem scripsit Nicolaus Goldner a. 1445.

1218 **14225** (Em. C 44) in 2°. s. XV. 250 fol.
Postilla studentium universitatis Pragensis super evangelia dominicalia usque in dominica post ascensionem (reliqua desunt) auctore **Conrado Balthauser** vel **de Walthausen**.

1219 **14226** (Em. C 45) in 2°. s. XVI. 328 fol.
F. 1 Conciones ex Livio sumptae. f. 178 Sallustianae conciones cum epistolis aliquot ex historia Catilinae. f. 196 Conciones atque epistola ex Curtii libris excerptae. f. 246 Sallustii liber de bello Catilinario et f. 277 de b. Jugurthino; priori praemissa sunt 17 disticha Viti Berleri. Codex in fine mutilus.

1220 **14227** (Em. C 46) in 2°. s. XV. 322 fol.
F. 1 Pharetra fidei contra Judaeos. f. 16 Tractatus **Samuelis Israelitae** probans adventum Messiae dudum praeteritum per dicta prophetarum veteris testamenti, translatus de Arabico per fratrem Alfonsum Hispanum ord. praed. — f. 35 'Disputatio Christiani et Judaei ab auctoritate'. — f. 48 **Pauli Burgensis** Scrutinium scripturarum contra Judaeos (impr. Mantuae 1475 et saepius).

1221 **14228** (Em. C 47) in 2°. a. 1386. 223 fol.
Summa Pisana (Bartholomaei a S. Concordio ord. praed.). Codicem scripsit Jacobus de Frisinga, bacc. stud. Pragensis.

1222 **14229** (Em. C 48) in 2°. a. 1433. 244 fol.
Nicolai de Dinkelsbühl f. 1 tract. super orationem dominicam, f. 33 confessionale, f. 42 de penitentia, f. 84 de praecepto caritatis dei et proximi et de praeceptis decalogi, f. 175 de VII vitiis mortalibus.

14230 (Em. C 49) membr. in 2°. s. XIV. 70 fol. **1223**
Albertani causidici Brixiensis: f. 1 liber de doctrina dicendi et tacendi, f. 4 lib. de consolatione et consilio, f. 19 lib. de amore et dilectione dei et proximi, f. 46 V sermones.
f. 56 **Petri Damiani** rythmi de omnibus ordinibus hominum.
f. 59 **Fr. Nicolai** (ord. praed. de prov. Anglia) tractatus de confessione.

14231 (Em. C 50) in 2°. s. XV. 261 fol. **1224**
Jacobi de Voragine sermones de tempore.

14232 (Em. C 51) in 2°. s. XV. 292 fol. **1225**
F. 1 **Johannis de Tambaco** (in Alsatia) librorum XV de consolatione theologiae compendium. f. 40 Magistri **Joh. Gews** sermo de visitatione virginis Mariae. f. 47 Expositio canticorum biblicorum, et symbolorum Apostolici et Athanasiani. f. 59 **Andreae de Escobar** Hispani tract. de decimis compilatus Romae a. 1425. f. 71 **Henrici de Frimaria** tract. de quadruplici instinctu. f. 79 Tract. de tentationibus. f. 83 Sententia universitatis Viennensis condemnatoria erroris de cultu 24 seniorum. f. 85 Tract. de arte moriendi (editus sub nomine Matthaei de Cracovia).
f. 91 **Roberti Holkot** quaestiones theologicae in librum sapientiae. f. 131 Magistri **Joh. Hofmann de Sviduiz** tract. contra communionem sub utraque specie, pronunciatus in studio Lipczensi a. 1421. f. 196 **Nicolai de Lyra** tract. de adventu Messiae contra Judaeos. — f. 209 Tractatus anonymi contra communionem sub utraque specie, ed. Hardt, Concil. Constant. III p. 658. f. 245 Epistola missa cuidam praedicatori Hussitae in Praga. f. 256 Tract. contra Hussitas (cuius auctores in codice Viennensi nominantur Petrus Tzech, Jac. Zenedolus ord. praed. et Bartholomaeus ord. Cist. instigante Branda Castillioneo cardinali). f. 270 Alius tractatus contra Hussitas, cuius pars III desideratur.

14233 (Em. C 52) in 2°. s. XV. 109 fol. **1226**
F. 1 Documenta quaedam ad processum Petri de Romago canonici et vic. gener. Ratisbonensis contra Joannem I episcopum Ratisb. pertinentia.
f. 13 **Martini Poloni** Chronicon Summorum pontificum et imperatorum, usque ad a. 1277.
f. 63 **Bernardi Norici** chronicon episcoporum Pataviensium, (f. 69) ducum Bavariae, (f. 73) ducum Austriae.
f. 85 **Honorii Augustodunensis** de imagine mundi libri III. (Imperatores cessant in Conrado III; pontificum series desideratur.)

14234 sq. (Em. C 53 et 54) in 2°. a. 1424. 250 et 292 fol. **1227**
Thomae Aquinatis summae theologiae secunda secundae partis. Scripsit Joh. Spangenberg de Sobernheim in Heydelberg 1424.

1228 **14236** (Em. C 55) in 2°. s. XV. 285 fol.
Psalterium cum glossis. f. 279 Canticum Zachariae. f. 280 'Symbolum Anastasy', i. e. Athanasii.

1229 **14237** (Em. C 56) in 2°. s. XV. 353 fol.
F. 1 Expositio orationis dominicae et salutationis angelicae. f. 54 Expositio symboli apostolorum. (Henrici de Hassia, teste Pezio in Thes. Anecd. Isag. p. LXXVII.) f. 89 Sermones de variis festivitatibus.
f. 144 **Henrici de Hassia** tractatus de cognitione peccati, compilatus pro Austriae duce Alberto, germanice. f. 185 Excerpta ex Johannis de Freiburg Summa confessorum, germanice. f. 195 Varia excerpta moralia ex sacra scriptura, patribus, Cicerone, Seneca, germanice. f. 201 Speculum confessionale, germanice.
f. 204 Sermones de variis festivitatibus et pro variis occasionibus. f. 367 Tres sermones germanici.

1230 **14238** (Em. C 57) in 2°. s. XVI. 231 fol.
Repertorium iuris canonici. Codicem scripsit fr. Christophorus Hofmann mon. S. Emerammi.

1231 **14239** (Em. C 58) in 2°. a. 1433. 119 fol.
Antonii de Azaro ord. praed. postilla Parmensis super evangelia dominicalia.
f. 61 Chronicon consecrati Petri, i. e. Ratisbonensis monasterii Scotorum plurimis fabulis refertum.
f. 109 Passio Christi cum glossa. — Codicem scripsit Udalricus Pappenberger magister scolaris in Gänchkofen. Duo folia membranacea codici praefixa (s. XIV) continent quasdam rubricas de defectibus missae.

1232 **14240** (Em. C 59) in 2°. s. XV. 194 fol.
Quaestiones theologicae; intermixtus est f. 70 **Johannis de Garz** sermo contra cleri corruptionem et de pace ecclesiae a. 1404, f. 81 **Henrici de Hassia** expositio decalogi, f. 112 eiusdem quaestiones de emtione et venditione et de simonia.

1233 **14241** (Em. C 60) in 2°. s. XV. 189 fol.
Johannis Galensis Communiloquium. f. 183 De visione Tungdali.

1234 **14242** (Em. C 61) in 2°. a. 1468. 389 fol.
Quatuor evangelia cum postilla **Nicolai de Gorran** et aliis additionibus solitis. Codex Ratisbonae scriptus est.

1235 **14243** (Em. C 62) in 2°. a. 1415 et 1424. 290 fol.
F. 1 Sermones de tempore a pentecoste usque ad adventum.
f. 218 Sermones de adventu domini et de VII peccatis mortalibus.
f. 225 **Thomae de Aquino** tract. de rationibus fidei. f. 233 Expositio orationis dominicae. f. 235 Mag. **Stanislai** decr. doct. tract. de indulgentiis. f. 241 **Ambrosii Autperti** libri de conflictu vitiorum et virtutum compendium, f. 243 regulae theologicae. f. 244 **Innocentii III** papae liber de miseria conditionis humanae. f. 258 **Michaelis de Gyrio** carthus. dialogus de

custodia virginitatis. f. 272 **Augustini** tract. de honestate mulierum (al. Caesario tributus). f. 276 Quatuor sermones de dedicatione ecclesiae. f. 287 Articuli a fr. **Johanne de Herderstorf** retractati, germanice. f. 288 Miscellanea ascetica. f. 293 Index rerum in sermonibus tractatarum.

14244 (Em. C 63) in 2°. a. 1348. 111 fol. **1236**
Commentarius in evangelium S. Lucae. Viennae.

14245 (Em. C 64) in 2°. a. 1474. 85 fol. **1237**
Arnaldi de Villanova libri: tractatus de confectione vini medicinalis, ad regem Franciae, f. 13 Explicatio super canonem Hippocratis 'Vita brevis', f. 38 de phlebotomia, f. 40 de considerationibus operis medicinae, f. 77 Practica summaria, ad Clementem papam. — f. 85 Praeceptum **Seboldi Mülner**, physici Nurmbergensis germ. Lauter tranck mach also, etc.

14246 (Em. C 65) membr. in 2°. a. 1312. 182 fol. **1238**
F. 1 Commentarius in libros elenchorum Aristotelis.
f. 49 **Thomae Aq.** commentarius in eiusdem librum I. resolutionum posteriorum. f. 67 Commentarius in Gilberti Porretani librum sex principiorum. f. 82 Libellus de pomo Aristotelis. f. 84 Commentarius in Aristotelis libros resolutionum posteriorum et f. 94 in libros de coelo. f. 117 Commentarius S. **Thomae** in eiusdem librum II resolutionum posteriorum.
f. 125 Mag. **Sebastiani de Aragonia** quaestiones variae philosophicae. f. 133 **Jacobi de S. Amando** summa de locis probationum. f. 141 **Aegidii de Columna** commentarius in Aristotelis lib. de generatione et corruptione.

14247 (Em. C 66) in 2°. s. XV. 383 fol. **1239**
Ludolphi Saxonis carthusiensis vitae Jesu Christi capita 1—60.

14248 (Em. C 67) membr. in 2°. s. IX. 176 fol. **1240**
F. 1 De his quae mundi amore praepediuntur.
f. 4 S. **Augustini** in psalmum 118 sermones XXXII.
f. 159 Hymni: benedictio trium puerorum, hymn. trium puerorum, h. quem S. Hilarius primus composuit, 'Te deum laudamus', canticum angelorum, 'Gloria in excelsis', canticum Symeon. f. 162 Preces variae. f. 173 'S. **Augustini**' (immo Caesarii) sermo de verbis apostoli Cor. II, 5, 10.

14249 (Em. C 68) in 2°. s. XV. 225 fol. **1241**
Decisiones rotae Romanae a **Wilhelmo Horborch** collectae usque ad a. 1381 (= Clm. 14017 f. 1—88). In tegumentis tria instrumenta Erhardi praepositi ad S. Magnum Ratisbonae.

14250 (Em. C 69) in 2°. a. 1416. 188 fol. **1242**
Rudolphi de Liebegg Pastorale novellum cum commentario Johannis Münzinger textum usque in librum III in margine comitante. Cf. ad Clm. 4370. Codicem Udalr. Helldelm cantor Augustae 1416 scripsit.

14251 (Em. C. 70) in 2°. a. 1443. 325 fol. **1243**
Petri Trecensis Historia scholastica.

1244 **14252** (Em. C 71) membr. in 2°. s. VIII/IX. 197 fol.
F. 1 De orthographia (initium est ex Terentii Scauri libro de orth.).
f. 3—5 Epistola Coronati ad Luxorium. De magis. Quaestiones de S. Trinitate. Inc. Voluntate pater genuit filium an necessitate? Excerptum Hieronymi.
f. 5 Glossarium latinum biblicum. Incipit: Abauu (sic) pater proaui. idem auus aui. Abba pater sirum nomen est etc.
f. 173 **S. Hieronymi** liber de XII scriptoribus. f. 176 Synonyma Ciceronis ad Veturium. f. 185 De nominibus dubiis cuius generis sint, ed. Keil in Grammaticis lat. V, 571. f. 191 De proprietate sermonum uel rerum (ex Isidori libro de differentiis).

1245 **14253** (Em. C 72) membr. in 2°. s. X. 104 fol.
Isidori epistola ad Masonem episcopum. f. 5 De sex cogitationibus sanctorum. f. 5 **Clementis Romani** recognitionum libri X ex interpretatione Rufini. f. 100 Eiusdem epistola ad Jacobum fratrem domini ex interpr. Rufini. Codicem dedit Louganperht S. Emerammo.

1246 **14254** (Em. C 73) in 2°. a. 1430—35. 402 fol.
Conradi de Mure Graecismus novus 10554 versibus hexam. conscriptus cum commentario, glossis et indice alphab.
f. 184 Liber synonymorum versibus hexam. conscriptus, qui **Joanni de Garlandia** tribuitur.
f. 201 Tractatus de differentiis et convenientiis verborum deponentialium vers. hexam., cum commentario.
f. 205 Vocabularia decem latino-germanica: animalium, arborum, herbarum etc.
f. 269 Tractatus de compositionibus verborum, carmine hexam. scriptus cum commentario.
f. 289 **Joannis de Garlandia** Cornutus cum commento.
f. 292 **Eberhardi Bethuniensis** Graecismus cum commento.
f. 386 Tractatus de aequivocis, versibus hexam. exaratus, cum glossis.

1247 **14255** (Em. C 74) in 2°. a. 1466. 290 fol.
Joh. Nider consolatorium timoratae conscientiae. f. 49 Eiusdem tract. de lepra morali. — f. 97 Index alphabeticus libri cuiusdam iuris canonici. f. 133 Miscellanea theologica et ascetica. f. 155 Sermones de variis festivitatibus et de sanctis per annum. f. 236 Collatio facta in capitulo S. Emerammi a. 1455 per **Jo. Auman.** f. 239 Excerpta moralia. 249 Sermones de assumptione S. Mariae et de dedicatione ecclesiae. f. 254 Tractatus contra ambitionem clericorum. f. 274 **S. Hieronymi** epistola ad Sunnium et Fretelam de psalterio.

1248 **14256** (Em. C 75) in 2°. s. XV. 207 fol.
Heinrici de Wildenstein, episcopi Tergestini (postea Petinensis), sermones per annos 1370—78 variis occasionibus habiti. f. 75 **Henrici de Hassia** Cordiale de IV novissimis. f. 94 **Joannis**

Andreae lectura super arboribus consanguinitatis. f. 105 Duo carmina germanica. f. 106 **Johannis Gmundt** († 1442) calendarium astronomicum, cum versibus medicinalibus. f. 117 Sermo de passione domini. f. 120 Tractatus contra Hussitas, f. 164 alius contra eosdem. f. 172 De causa dei contra Pelagium et de virtute causarum auctore **Thoma de Bragwarden** Cantuarensi archiep. Non adsunt nisi capita 1—26 in.

14257 (Em. C 76) in 2°. s. XV. 326 fol. **1249**
Joannis de Lignano († 1383) commentarius in tertium librum Decretalium.

14258 (Em. C 77) in 2°. s. XV. 224 fol. **1250**
Vocabularius biblicus partim latinus partim latino-germanicus, scriptus in Kempnitz. f. 146 **Matthaei de Cracovia** dialogus rationis et conscientiae. f. 158 Diaeta salutis.

14259 (Em. C 78) in 2°. a. 1427. 193 fol. **1251**
Andreae de Escobar Hispani tract. de decimis. f. 15 Sermones varii de tempore et de sanctis. f. 123 Sermo b. **Augustini** de superstitionibus et prior pars cuiusdam sermonis **Caesarii.** f. 124 **Henrici de Hassia** speculum animae. f. 136 **Conradi Soltau** quaestiones in librum I sententiarum Petri Lombardi. f. 192 Sermo de S. Catharina et de sex nominibus corporis Christi. — Codicem scripsit Heinricus Prugger de Newburg in Ingelstat.

14260 (Em. C 79) in 2°. s. XV. 181 fol. **1252**
Raymundi Lulli: 1) Brevis practica tabulae generalis. 2) Lectura artis quae intitulatur Brevis practica tabulae generalis. 3) Logica nova. 4) Liber de probandis articulis fidei per logicas rationes. — f. 77 **Matthaei de Verona** ord. praed. Ars memorandi. — f. 85 **Antonii de Martello** ars memorandi versibus hexam. conscripta inc. Altus ingeniis habitato libelle (sic). f. 81 Ars memorandi, germanice. f. 93 et 97 Duo tractatus de arte memorandi. f. 107 Parvulus philosophiae (ed. Basileae 1511). f. 115 Aristotelis libelli de sensu et sensato, de memoria etc., ut in Clm. 14147 f. 113—135.
f. 146 Vocabulorum significationes et actionum proprietates collectae sub compendio ex libro Codicis et Digestorum.

14261 (Em. C 80) membr. in 2°. s. XIV. 238 fol. **1253**
S. **Bernardi** Sermones de tempore et de sanctis.

14262 (Em. C 81) in 2°. s. XIII. 70 fol. **1254**
Evangelium S. Marci cum glossis.

14263 (Em. C 82) in 2°. a. 1418. 206 fol. **1255**
Nicolai de Lyra postilla in evangelia, cum tabula ad inveniendam expositionem uniuscuiusque evangelii.

14264 (Em. C 83) in 2°. s. XV. 266 fol. **1256**
Decisiones rotae Romanae a **Wilhelmo Horborch** collectae usque ad a. 1381 (= Clm. 14017 f. 1—88).

1257 **14265** (Em. C 84) in 2°. a. 1445/46. 270 fol.
Magistri **Engelschalk** lectura in evangelia de sanctis. f. 145 **Nicolai de Dinkelspühl** tract. de VII vitiis. f. 213 S. **Hieronymi** epistola ad Ctesiphontem, f. 216 eiusdem dialogorum inter Atticum et Critobulum adversus Pelagianos libri tres. f. 237 **Nicolai de Orem** (Oresmius) tract. contra mendicitatem. f. 242 **Joannis de Mülberg** ord. praed. tract. contra Beguinas et Beghardos. f. 250 Pharetra fidei contra Judaeos translata per fr. Theobaldum subpriorem ord. praed. villae Parisiensis. f. 258 Disputatio inter Christianum et Judaeum. f. 262 Sermo de annunciatione B. M. V.

1258 **14266** (Em. C 85) in 2°. a. 1387. 278 fol.
Nicolai de Lyra postilla in IV evangelia.

1259 **14267** (Em. C 86) membr. in 2°. s. XI/XII. 196 fol.
Quatuor evangelia cum additionibus, ut in Clm. 14222, et praemisso capitulari evangeliorum. Fol. 15 Effigies S. Hieronymi sedentis scribentisque depicta est.

1260 **14268** (Em. C 87) in 2°. a. 1444. 487 fol.
F. 1 **Joannis Friburgensis** ord. praed. († 1314) Summa confessorum, cum indice. f. 473 Eiusdem appendix ad Summam confessorum, seu compendiosa collectio quorundam statutorum ex VI libro Decretalium. Codicem scripsit Nicol. Goldner de Ratispona.

1261 **14269** (Em. C 88) in 2°. a. 1452. 266 fol.
Petri Lombardi sententiarum liber III cum glossis marginalibus. f. 84 Magistri **Narcissi Herz** de Perching Mellicensis theologi Quaestiones libri III sententiarum.

1262 **14270** (Em. C 89) in 2°. a. 1375. 172 fol.
Jacobi de Voragine sermones quadragesimales. Scripsit Ulricus Kradem de Sultzbach. f. 138 Quaedam praecepta medica, germanice. f. 139 Sermones de dominicis per annum. f. 163 Eclipses solis et lunae praedictae in annos 1375—80. f. 163 Calendarium ecclesiasticum cum cyclis. f. 172 Psalmus 55 et 56, germanice.

1263 **14271** (Em. C 90) membr. misc. in 2°. s. XI et XII. 101 fol.
F. 1 Praefatio (**Bedae**) de ratione calculi.
f. 2 **Martiani Minei Felicis Capellae** de nuptiis philologiae libri I et II. Sequitur lusus arithmeticus de numero MCCXVIII.
f. 12 **Remigii Antissiodorensis** commentarius in eosdem Capellae libros. f. 37 s. XII. Idem commentarius in eosdem duos libros. Sequitur f. 54 initium commentarii in Capellae lib. III de grammatica.
f. 56 s. XII. Omeliae **Gregorii** papae in Ezechiel prophetam. Non supersunt nisi VIII priores, codice in fine mutilato.

1264 **14272** (Em. C 91) membr. misc. in 2° min. s. X et XI. 192 fol.
F. 1 **Boetii** de musica libri V cum glossis margin. et interlin. sparsim adiectis. — f. 62 Officium breuiarii secundum VIII tonos.

f. 65 **Ciceronis** de Inuentione libri II cum glossis marginalibus. f. 93 Stemma partium logicae.
f. 94 **Boetii** comment. in Ciceronis Topica libri VI. Praecedit epistola Ciceronis ad Graccum (scr. Gaium) Trebatium = Top. § 1—5.
f. 129 **Boetii** Introductionis in cathegoricos sillogismos libri II. f. 137 Eiusdem de hypotheticis sillogismis libri III (divisio diversa est ab ea in edit. Basil.). — f. 149 Eiusdem liber de diffinitione. Sequuntur in fine loci argumentorum p. 648—661 ed. Basil.
f. 153 sq. De mensuris. Post tabellam 'As est unciarum XII etc.' sic incipit: Duo calci faciunt ceratem unum duo cerates obolum.
f. 155 Liber **(Hucbaldi)** enchiriadis de musica. Cf. Gerberti Scriptt. de mus. I, 152 sqq. f. 161 Scolica enchiriadis de arte musica, cf. Gerb. l. c. I, 173 sqq. et Monatshefte für Musikgeschichte 1874 num. 11 sq.
f. 175 'Alia musica'. Inc. De armonica consideratione boetius ita disserit etc. cf. Gerb. I, 125—147.
f. 181 **(Bedae)** Libri de arithmeticis propositionibus particula. Inc. Limax ab hirundine uocatus ad prandium.
f. 182ª **(Adalberti** episc. Traiectensis) Libellus de ratione inueniendi crassitudinem sphaerae.
f. 182ᵇ **Adalberonis** episc. Laudunensis epistola ad Fulconem episc. Ambianensem (al. Dialogus de modo recte argumentandi et interpretandi). f. 183 Tabula logica de nomine.
f. 184 **Prisciani** de constructione libri primi pars cum glossis. Est liber XVII in haec verba desinens: ostendi per pronomen ego . nominis praepositum nominatiuum = p. 149 ed. Hertz.

14274 (Em. C 93) in 2°. s. XVI. 158 fol. **1265**
Cantus ad missam. Nomina auctorum musices sparsim adscripta sunt.

14275 (Em. C 94) in 2°. s. XV. 208 fol. cum litteris initialibus pulcherrime pictis. **1266**
Augustini de S. Trinitate libri XV, praecedente cap. 15 libri II Retractationum et epistola ad Aurelium. Retractationum libri II. Altercatio cum Fortunato Manichaeo.

14276 sq. (Em. D 1 et 2) membr. in 2°. s. VIII/IX. 202 et 132 fol. **1267**
Commentarius in vetus et novum Testamentum ex dictis patrum Origenis, Ambrosii, Hieronymi, Augustini, Orosii, Cassiani, Eucherii, Cassiodori, Junilii, Gregorii et Isidori contextus.

14278 (Em. D 3) in 2°. s. XV. 287 fol. **1268**
Henrici Bohic commentarius in II et IV librum Decretalium. f. 288 Innocentii VII papae bulla ad universitatem Parisiensem de sedando schismate (non integra).

14279 (Em. D 4) in 2°. s. XV. 56 fol. **1269**
Brevis historia de sanctitate meritorum et gloria miraculorum

Karoli M. f. 23 Turpini Remensis archiep. epistola (spuria) ad Leobrandum Aquisgranensem decanum de gestis Karoli M. f. 43 Officium de beato Karolo M., cum notis musicis. f. 55 Passio S. Sigismundi regis et martiris. f. 56 Brevis historia de capite S. Sigismundi ex monasterio Agavensi ad Ensdorfense (in Palatinatu sup.) translato.

1270 **14280** (Em. D 5) in 2°. s. XV. 177 fol.
Magistri **Arnoldi de Augusta** canonum professoris arengae. f. 97 Excerpta ex decreto Gratiani. f. 131 **Pauli Cholner** summa de penitentia. f. 165 Tractatus de censuris ecclesiasticis et de irregularitate.

1271 **14281** (Em. D 6) in 2°. s. XV. 251 fol.
Sermones in epistolas et evangelia de tempore per annum a. 1412. f. 124 Sermones varii. f. 163 Micrologus de ecclesiasticis observv. (ed. in Bibl. Pat. Lugd. 18, 472 sq.). f. 178 **Hermanni Gigantis** ord. min. Flores temporum s. Chronicon universale usque ad a. 1350, ed. Meuschenius Lugd. Bat. 1743. f. 228 **Conradi Walthauser** praedicatoris in Praga sermo de passione domini.

1272 **14282** (Em. D 7) in 2°. s. XVII. 86 fol.
Officium feriae quintae in coena domini.

1273 **14284** (Em. D 9) in 2°. s. XV. 276 fol.
Commentarius in librum VI. Decretalium (initio mutilus).

1274 **14286** (Em. D 11) membr. in 2°. s. IX. 212 fol.
Augustini tractatus 30—124 in evangelium S. Johannis.

1275 **14287** (Em. D 12) in 2°. a. 1375. 101 fol.
Flores sive sermones de Sanctis per annum. f. 98 Definitiones peccatorum capitalium aliorumque ex eis pullulantium. f. 100 Sermo de dedicatione ecclesiae.

1276 **14288** (Em. D 13) membr. in 2°. s. IX. 170 fol.
Isidori commentarius in Pentateuchum, Josue, Judicum, Ruth, Regum, Esdrae et Machabaeorum. Codicem scripsit Ebrechartus, donavit Hiringus Baturico episcopo.

1277 **14289** (Em. D 14) membr. in 2°. s. XIV. 305 fol.
Fratris **Mauritii** distinctiones, i. e. vocabulorum biblicorum explicationes (pars huius operis usque ad literam E prodiit Venetiis a. 1603).

1278 **14291** (Em. D 16) in 2°. s. XV. 330 fol.
Jacobi de Voragine sermones de Sanctis. f. 104 Eiusdem legenda de vitis Sanctorum; immixta est f. 314—322 vita S. Judoci confessoris.

1279 **14292** (Em. D 17) membr. in 2°. s. IX. 133 fol.
Bedae Expositio evangelii secundum Marcum.

1280 **14293** (Em. D 18) in 2°. s. XIV. 354 fol.
Lectura super I. II. VI. libros Decretalium et super Clementinas, auctore **Jacobo Hinberti**.

14294 (Em. D 19) in 2°. s. XIV/XV. 163 fol. **1281**
Commentarius in Canticum canticorum, auctore **Joanne Varadiensi** ord. Aug. f. 17 **Anselmi** proslogion seu alloquium de dei existentia. f. 20 Liber **Anselmi** de gratia et libero arbitrio. f. 22 **Augustini** liber (suppositítius) de spiritu (mutilatus). f. 25 **Bernardi** meditationes. f. 27 **Augustini** liber de laude charitatis = sermo 350. f. 27 Sermones varii. f. 27 **Gennadii** Massiliensis liber de ecclesiasticis dogmatibus. f. 41 **Jacobi Parmensis** sermones quadragesimales. f. 91 Bonifacii VIII papae privilegium ordini fratrum eremitarum S. Augustini datum. f. 91 Johannis XXII constitutio 'Vas electionis' de quatuor religionibus mendicantium. f. 92 Declaratio Guidonis cardinalis de officio confessionis cum confirmatione Clementis papae. f. 94 Alexandri V constitutio 'Regnans in excelsis' de auctoritate praedicandi. f. 99 Johannis XXII bulla de conservatoribus provinciae Bavariae. f. 100 Determinatio doctorum de poena prohibentium confessionem religiosis faciendam. f. 101 Leonardi episcopi Pataviensis epistola praesentationis quibusdam fratribus ord. S. Aug. coenobii Wiennensis facultatem praedicandi concedens. f. 105 Quaestio an quilibet parochianus mortaliter peccet, qui non audit missam diebus dominicis in sua ecclesia parochiali. f. 107 Bulla indulgentiarum jubilaei Romani a Clemente VI statuti a. 1343. f. 115 Lexicon iuris canonici (initio et fine mutilatum). f. 148 **Honorii Augustodunensis** Elucidarius, lib. I.

14297 (Em. D 22) in 2°. a. 1493. 305 fol. **1282**
Missale monasterii S. Emerammi.

14298 (Em. D 23) in 2°. a. 1448. 204 fol. **1283**
Thomae de Haselbach sermones in Evangelia de sanctis. Scripsit Henricus Marstaller a. 1448.
f. 181 **Johannis Gualensis** vel Waleis Angli ord. min. liber de quatuor virtutibus.

14299 (Em. D 24) in 2°. a. 1433. 271 fol. **1284**
Sermones de tempore usque ad pascha. f. 180 Sermones de sanctis per annum. f. 270 Magistri **Glück** sermo in die coenae.

14300 (Em. D 25) membr. in 2°. s. IX. 109 fol. **1285**
Isidori liber de natura rerum; loco ultimi capituli leguntur 59 versus hexam. corrupte scripti, inc. Tu forte inluculentus vaga carmina gignis. Textui delineationes pictae insertae sunt. f. 22 Eiusdem sententiarum libri III.

14301 (Em. D 26) misc. in 2°. a. 1425—33. 288 fol. **1286**
F. 1 **Catonis** ethica. Inc. Si deus est animo ut nobis carmina dicunt. Hic tibi precipue sit pura mente colendus.
f. 6 **Boetii** liber de disciplina scholarium cum commento. f. 70 Eiusdem libri V de consolatione philosophiae cum commentario et glossis.
f. 183 **Fabulae Aesopicae**. Inc. Ut iuuat et prosit conatur pagina

praesens etc. — f. 203 Paruulus philosophiae. Inc. Natura est principium et causa mouendi. f. 223 Commentarius in Catonis ethicam.

1287 **14302** (Em. D 27) in 2°. a. 1463. 229 fol.
Themata sermonum de tempore et de sanctis. f. 13 **Joannis Nider** manuale confessorum. f. 60 Tract. de eruditione religiosorum ed. sub nomine Humberti in Bibl. Patr. XXV, 665 sqq. f. 193 **Bernardi** abbatis Cassinensis Speculum monachorum.

1288 **14303** (Em. D 28) membr. in 2°. s. XIII. 134 fol.
Expositio psalmorum. f. 87 **Richardi de S. Victore** annotationes in nonnullos psalmos. f. 114 Expositio orationis dominicae. f. 119 Expositio variorum textuum S. scripturae.

1289 **14304** (Em. D 29) in 2°. a. 1442. 277 fol.
Pentateuchus, libri Josue, Judicum, Ruth et Regum.

1290 **14305** (Em. D 30) in 2°. a. 1442. 337 fol.
Novum testamentum et Isaias cum glossis. Praemittitur registrum epistolarum et evangeliorum per annum; item canones in quibus evangelistae concordant.

1291 **14306** (Em. D 31) in 2°. s. XV. 223 fol.
Thomae de Haselbach sermones in evangelia dominicalia et nonnulli alii.

1292 **14307** (Em. D 32) in 2° min. partim membr. partim chart. s. XV. 86 fol.
Salustii libri de conspiratione Catilinae et de bello Jugurthino. — Prima codicis littera pulcherrime picta est.

1293 **14308** (Em. D 33) in 2°. s. XV. 131 fol.
Pauli Burgensis scrutinium scripturarum contra Judaeos (usque ad II, 9).

1294 **14309** (Em. D 34) in 2°. a. 1438 et 39. 239 fol.
Nicolai de Grez expositio symboli apostolorum. f. 25 **Nicolai de Dinkelsbühl** tract. a) de penitentia, b) de praecepto charitatis dei et proximi et de praeceptis decalogi. f. 209 Sermo de malis damnationis aeternae. f. 212 **Joh. Gewss** sermo in die animarum. f. 221 **Petri de Rosenheim** roseum memoriale divinorum eloquiorum (elegiacis versibus scriptum); praemittitur epistola nuncupatoria ad cardinalem Brandam et duo canones.

1295 **14310** (Em. D 35) in 2°. a. 1422 et 24. 151 fol.
F. 1 Expositio missae (in codice Henrico de Hassia tributa). f. 66 **Henrici de Hassia** expositio decalogi; scripsit a. 1424 Wen. Zdek.
f. 93 Glossarium latino-bohemicum, inc.: Arva vlehl.
f. 108 Tractatus de peccatis quibusdam capitalibus. f. 121 **Caesarii** sermo de auguriis. f. 124 Sermones varii. Magnam partem codicis scripsit Benedictus presbyter suburbanus de Tepliz a. 1422.

14311 (Em. D 36) membr. in 2°. s. IX. 227 fol. 1296
F. 1 Explicatio aliquot notionum biblicarum.
f. 4 **Alcuini** interpretatio nominum hebraicorum progenitorum Christi. f. 9 Commentarius in evangelium Matthaei, quem immerito Alcuino tribui Frobenius demonstrat in Alcuini opp. I p. 449. f. 150 Commentarius in evangelium S. Johannis ex dictis S. Ambrosii, Hieronymi, Augustini etc. contextus. f. 162 Alius commentarius in idem evangelium ex Augustini tractatibus depromptus cum expositione historiae resurrectionis domini ex Gregorii homiliis 22—26 excerpta.
f. 220 Dicta **Ambrosii** de duabus Mariis. f. 221 De VII donis spiritus sancti. f. 222 Homilia de Maria Magdalena. f. 224 **Caroli M.** epistola ad Alcuinum de ratione septuagesimae. f. 225 **Alcuini** versus ad amicum absentem, inc. Dulcis amor lacrimis absentem plangit amicum. f. 226 Explicatio de kalendis, nonis et idibus. Benedictio cerei paschalis.

14312 (Em. D 37) in 2°. a. 1449. 328 fol. 1297
Laurentii Porti notarii Ratisbonensis Vocabularius latinus, scriptus a Laurentio Wschrerobecz notario.

14313 (Em. D 38) in 2°. s. XIV. 195 fol. 1298
Formulare instrumentorum ad forum ecclesiasticum potissimum spectantium et ad finem XIII et initium XIV saec. usitatorum (in parte 3. multae formulae nomen Friderici III Salisburg. archiepiscopi ferunt).

14314 (Em. D 39) membr. in 4° mai. s. IX. 164 fol. 1299
Hieronymi commentarius in L posteriores psalmos.

14315 (Em. D 40) membr. in 2° s. IX. 142 fol. 1300
Origenis homiliae XVII in Genesim et homiliae XIII in Exodum interprete Rufino.

14316 (Em. D 41) in 2°. s. XIV. 218 fol. 1301
Jehlini sermones quadragesimales. — f. 68 Miscellanea moralia.
f. 127 **Augustini** de trinitate libri XV.

14317 (Em. D 42) in 2°. s. XV 388 fol. 1302
Guilelmi Arverni Parisiensis episcopi de Universo libri II pars 3. f. 61 Eiusdem tractatus de fide et legibus.
f. 159 **Joannis Gerson** tract. de ecclesiastica potestate.
f. 179 **Petri de Alliaco,** cardinalis Cameracensis tract. de ecclesiastica potestate, f. 204 eiusdem tract. de reformatione ecclesiae (hi tres tractatus editi sunt in concilio Constantiensi a. 1415 et 1416).
f. 219 **Jeremiae Montagnoni** Paduani Compendium moralium.
f. 369 **Matthaei de Cracovia** tract. de squalore curiae Romanae.

14318 (Em. D 43) in 2°. s. XV. 337 fol. 1303
Nicolai de Dinkelsbühl quaestionum in librum IV Sententiarum distinctiones 1—17.

1304 **14319** (Em. D 44) in 2°. a. 1449. 337 fol.
Nicolai de Dinkelsbühl quaestionum in librum IV sententiarum distinctiones 18—50 (v. cod. praeced.).
f. 231 **Henrici de Oytta** tract. de contractibus.
f. 263 **Nic. de Dinkelsbühl** sermo de horis canonicis devote persolvendis. f. 267 **Johannis Geuss** sermo in die animarum. f. 271 Tractatus de arte moriendi.

1305 **14320** (Em. D 45) in 2°. s. XV. 241 fol.
Nicolai de Dinkelsbühl sermones de tempore.

1306 **14321** (Em. D 46) in 2°. s. XV. 356 fol.
Henrici Bohic commentarius in V. librum decretalium.

1307 **14322** (Em. D 47) membr. in 2°. s. XI. 156 fol.
Cantus ad missam seu litaniae, gradualia, sequentiae, offertoria aliaeque preces missales, notis musicis instructae. — Pretioso hoc codice diligentissime usus est Mone in edendis Hymnis lat. medii aevi.

1308 **14323** (Em. D 48) in 2°. s. XV. 228 fol.
Socci sermonum de tempore pars aestivalis.

1309 **14324** (Em. D 49) membr. misc. in 2°. s. XIV et X. 70 fol.
F. 1 Mag. **Svebelini** comment. in Daci librum de modis significandi. — f. 20 **Johannis** dicta (i. e. commentarius) super secundum volumen Prisciani, i. e. in librum de constructione. f. 33 De modo declinandi (in fine mancum).
f. 36 s. X. **Boetii** de consolatione philosophiae libri (desinit in lib. V, 5, 24) cum glossis et lat. et german. Cf. Peiperi edit. p. VII. Praecedit f. 36[b] breuis vita Boetii (cf. Peip. p. XXIX); in eadem pag. legitur fragmentum Varronis de gradibus animae ex August. de civit. dei VII, 23.

1310 **14325** (Em. D 50) membr. in 2°. s. IX. 152 fol.
Isidori sententiarum libri III inde a lib. I cap. V. f. 136 Sermo exhortatorius ad virtutes. f. 147 **Joannis Chrysostomi** homilia (suppositicia) de penitentia.

1311 **14326** (Em. D 51) in 2°. s. XV. 312 fol.
Expositio missae. f. 120 **Raymundi de Pennaforte** Summa de penitentia et matrimonio metrica cum commentario.

1312 **14327** (Em. D 52) membr. in 2°. s. XIV. 178 fol. cum litteris init. pictis et deauratis.
S. **Pauli** epistolae cum glossis.

1313 **14328** (Em. D 53) in 2°. s. XV. 193 fol.
Formulare instrumentorum (non idem quod supra n. 14313).

1314 **14329** (Em. D 54) in 2°. a. 1464. 260 fol.
Liber de herbis, plantis et earum virtutibus, ord. alph. Inc. Abrotanum est planta habens ramusculos; in fine notatur: Finitus per me Wolfgangum Pühler de Strawbing a. 1464. — f. 146 **Nicolai** antidotarium. f. 180 **Joannis Mesue** liber de consolatione medicinarum simplicium et solutivarum. f. 230

Liber **Serapionis** de aptatione et repressione medicinarum, translatus a Simone Januensi ex interpretatione Abraham Judaei Tortuosensis et vocatur liber Servitoris.

14330 (Em. D 55) membr. in 2° min. s. XI. 179 fol. **1315**
Augustini contra Academicos libri II, de ordine libri II, lib. de magistro, de beata vita, soliloquiorum libri II, de immortalitate animae, de quantitate animae, de natura boni, tract. de VIII quaestionibus, retractatio in libros de sermone domini in monte.
f. 178 **Daimperti Pisani** archiep., Godefridi Buillonii et Raymundi Comitis S. Aegydii epistola encyclica de victoriis ab exercitu christianorum in terra sancta reportatis: cf. Thes. Anecd. ed. Martene I, 281.

14331 (Em. D 56) in 2°. s. XV. 231 fol. **1316**
F. 1 Formulare instrumentorum, cf. Rockinger, Formelbücher p. 89.
f. 141 Conclusiones nonnullae iuris canonici secundum Baldum (Ubaldum), desumtae ut videtur ex eiusdem commentario in libros Decretalium. f. 191 **Cassiodori** liber de anima. f. 201 Tractatus de natura animae, incerti auctoris. f. 204 Flavii **Vegetii** epitoma institutorum rei militaris, omissis capp. 19—26 libri IV.

14332 (Em. D 57) in 2°. s. XV. 230 fol. **1317**
Speculum clericorum. Sermo ad clerum in synodo Tridentino a. 1439 editus per **Joannem de Capistrano** ord. min. (cf. ed. Venet. 1580). f. 37 **Pauli Burgensis** Scrutinium scripturarum contra Judaeos. f. 217 Evangelium Nicodemi. f. 227 Sermones de defunctis.

14334 (Em. D 59) in 2°. a. 1442. 272 fol. **1318**
Isidori Hispalensis originum libri XX. f. 261 Eiusdem liber de numeris. Scripsit Nicolaus Goldner de Ratisbona. Interiecta sunt: f. 137—139 de paschali tempore, f. 139 sq. varia epitaphia, f. 271 Epistola anonymi rhytmicam scribendi methodum reprobans.

14335 (Em. D 60) membr. in 2° min. s. IX. 104 fol. **1319**
Expositio psalmorum 53, 96, 97, 98, 102, 107 et 108.
f. 61 **Johannis Cassiani** collatio 23, 22 et caput ultimum vicesimae quartae.

14337 (Em. D 62) membr. in 2° min. s. XIV. 114 fol. **1320**
Suffragia monachorum seu commentarius in V libros Decretalium.

14338 (Em. D 63) membr. in 2°. s. XII. 184 fol. **1321**
Joannis Damasceni historia Barlaam et Josaphat. f. 129 **Joannis Monachi** variorum miraculorum et exemplorum narrationes.

14339 (Em. D 64) membr. in 2° min. s. XIII. 189 fol. **1322**
Psalterium cum glossis.

14340 (Em. D 65) in 2°. s. XV. 120 fol. **1323**
Thomae de Catimprato tractatus de naturis seu proprietatibus rerum, in codice tributus Alberto Magno.

1324 **14341** (Em. D 66) in 2°. s. XV. 239 fol.
Martini Poloni margarita decreti.

1325 **14342** (Em. D 67) membr. et chart. in 2°. s. XV. 168 fol.
Jacobi de Voragine sermones de sanctis per annum. f. 108 Eiusdem alii sermones de sanctis.

1326 **14343** (Em. D 68) membr. in 2°. a. 1351. 247 fol.
Petri de Crescentiis ruralium commodorum libri XII; scripsit Mathias. f. 146 Salve Regina 'rimata'. f. 147 Varii rythmi et sequentia de beata Virgine, de Maria Magdalena, Catharina, S. Joanne ev. et S. Bartholomaeo, item de vanitate praesentis vitae. In fine: 'Fr. Guichardus Garnandi conventus Antisicensis'. f. 161 Diaeta salutis.

1327 **14344** (Em. D 69) membr. in 2°. s. XIV. 119 fol.
Eberhardi Bethuniensis Graecismus, versibus hexametris compositus cum glossis et commentario.

1328 **14345** (Em. D 70) membr. in 2°. s. X. 117 fol.
S. Pauli epistolae, cum apocrypha ad Laodicenses; epistolae ad Romanos glossae copiosae, ceteris rarae adjectae sunt, inter eas perpaucae germanicae, quas Graff sub signo Ep. P. 2 communicavit. f. 117 Confessio generalis theotisca, inc. Trohtin dir uuirduih pigihtik, cf. Müllenhoff u. Scherer, Denkmäler II No. LXXVIII. Insunt duae tabulae et permultae litterae initiales pictae.

1329 **14346** (Em. D 71) in 2°. a. 1425. 60 fol.
Apologi seu fabulae morales. f. 47 **Martini Dumiensis** formula vitae honestae. f. 49 'Quomodo exemplariter punita sint peccata mortalia in lege veteri' (ex Jacobi de Ancharano libro Belial). f. 51 **Heimerici de Campo** disputatio de incomposito ecclesiae statu et de haeresi Bohemorum ad Martinum V papam. f. 60 'Brevis continentia omnium librorum bibliae'.

1330 **14347** (Em. D 72) membr. et chart. in 2°. a. 1430/31. 180 fol.
Michaelis de Gyrio carthus. de regimine principum seu de IV virtutibus cardinalibus pro eruditione principum libri IV ad Rupertum jun. Bavariae ducem.
f. 155 **Innocentii III** papae lib. de miseria conditionis humanae.

1331 **14348** (Em. D 73) membr. in 2°. s. XIII. 253 fol.
Sermo de omnibus Sanctis. f. 2 Vita S. Aegydii. f. 5 Sermones breves. f. 17 **Hildeberti** sermones. f. 113 (**Ruperti Tuitiensis**) Commentariorum in canticum canticorum libri VII. f. 169 **Pothonis** Prüflingensis monachi liber de miraculis S. Mariae, ed. Bernh. Pez, Viennae a. 1731. f. 188 Sermo anonymi de assumtione B. V. Mariae cum praefatione Gerhohi Reichersbergensis praepos. f. 195 **Honorii Augustodunensis** Elucidarius. f. 217 De S. Pauli descensu ad infernum. f. 218 Sermo de timore domini. f. 220 **Honorii Augustodunensis** de imagine mundi libri III (imperatores cessant in Conrado III). f. 242 Epistolae Pauli ad Senecam et Senecae ad Paulum cum vita

Senecae a S. Hieronymo edita. f. 243 Excerpta ex Hieronymo, Augustino, Ambrosio, Jo. Chrysostomo, Gregorio, Isidoro. f. 246 Physiologus. — Codicem scripsit Gerunch.

14349 (Em. D 74) membr. in 2° min. s. XI. 98 fol. 1332
Joannis Cassiani de institutis coenobiorum.
f. 85 **Idungi** liber de IV quaestionibus statum clericorum, monachorum et monialium spectantibus; cf. Pezii Thes. Anecd. II, II, 505 et dissert. isag. p. 31.

14350 (Em. D 75) membr. in 2°. s. X. 161 fol. 1333
Augustini confessionum libri XIII.

14351 (Em. D 76) in 2°. a. 1450. 383 fol. 1334
Discipuli (Joh. Herolt) sermones de tempore nec non communes. — Scripsit Albertus Hosch de Cronach.

14352 (Em. D 77) membr. in 4° mai. s. XII. 217 fol. 1335
Gregorii dialogorum l. IV. Scripsit Udalricus Suevus.

14353 (Em. D 78) membr. in 2° mai. s. XII et XIII. 117 fol. 1336
Evangelium Matthaei (usque ad cap. 15 v. 84) cum glossis.
f. 38 **Paschasii Ratperti** liber de corpore et sanguine domini. f. 70 Sermo synodalis. f. 71 Canones penitentiales (excerpti ex libro penitentiali et ex diversis conciliis). f. 73 De signo tonitrui. f. 74 Ratiuncula de regularibus mensium. f. 78 **Euclidis** elementa geometriae. f. 94 **Macrobii** commentariorum in somnium Scipionis lib. I, 14 usque ad II, 5 in.

14354 (Em. D 79) membr. in 4°. a. 1305. 101 fol. 1337
Alexandri de Villa Dei doctrinale.

14355 (Em. D 80) membr. in 2°. s. XII. 111 fol. 1338
Ruperti Tuitiensis de divinis officiis vol. primi lib. I—VI et VII cap. 1—12. Cf. infra n. 14608. Fol. 1 continet duas delineationes.

14356 (Em. D 81) membr. in 4° mai. s. X. 151 fol. 1339
Augustini contra Faustum Manichaeum libri XXXIII.

14357 (Em. D 82) in 2°. s. XV. 68 fol. 1340
F. 1 De magnitudine et distantia corporum coelestium. f. 3 Duo brevia chronica a. 1120—1402 et a. 1—1340. f. 7 Brevis historia literaria scriptorum ecclesiasticorum antiquorum usque ad saec. XII. f. 20 Auctoritates ex S. Scriptura et Patribus excerptae. f. 55 Orationes metricae de corpore Christi et de S. Maria. f. 57 **(Henrici de Hassia)** Exhortatio metrica ad monachos, inc.: Christus nobis tradidit formam hic vivendi. f. 60 Miscellanea ascetica. f. 66 Excerpta ex libro Paschasii de corpore Christi ad Placidum.

14358 (Em. D 83) membr. in 2° min. s. XIII. 132 fol. 1341
Flores divinorum eloquiorum (miscellanea dogmatica, moralia etc.).

14359 (Em. D 84) in 2° min. s. XVI. 92 fol. 1342
Quaestiones (30) super capitulo: Omnes utriusque sexus.

1343 **14360** (Em. D 85) membr. in 2° min. s. XIII. 184 fol.
Psalterium cum notis ex glossa ordinaria desumptis. f. 170 Cantica S. Scripturae in officio ecclesiastico usitata, ac symbolum Athanasianum glossis illustratum.

1344 **14361** (Em. D 86) membr. in 4°. s. XII. 135 fol.
Isaias cum glossis. f. 135 Enumerantur libri, quos Gotfridus abbas Prufeningensis monasterio S. Emerammi simul cum hoc codice dedit, ed. in Serapeo a. 1841 p. 261.

1345 **14362** (Em. D 87) in 2°. s. XIV. 33 fol.
Dicta et gesta antiquorum philosophorum. f. 31 de herbis quibusdam.

1346 **14363** (Em. D 88) in 2° min. s. XV. 74 fol.
Speculum humanae salvationis cum picturis.

1347 **14364** (Em. D 89) membr. in 2° min. s. IX. 168 fol.
Homiliae duae: in vigilia S. Laurentii et in natali S. Agapiti. f. 7 **Effrem** libri de iudiciis, de beatitudine animae, de penitentia, de luctaminibus huius saeculi. f. 38 Homilia **Augustini** ad populum. f. 40 **Effrem** liber de compunctione cordis. f. 87 Sermo **Caesarii** (in codice Augustini) inc.: Modo fratres charissimi cum divina etc. f. 91 Sermo de verbis evangelii Math. 7: Intrate per angustam portam, Caesario tributus. — f. 93 Historia de Melchisedek, ed. Monfaucon in opp. Athanasii III p. 239. f. 97 Adhortationes patrum. f. 120 Passio et inventio S. Quintini martyris. f. 133 Vita Gaugerici episcopi. f. 138 Visio Baronti monachi, ed. Acta SS. Mart. III, 570. f. 150 Passio S. Viti. f. 157 Passio Sisinnii, Martyrii et Alexandri. f. 160 Passio S. Eulaliae. f. 163 **Caesarii** homilia de igne purgatorio.

1348 **14366** (Em. D 91) membr. in 2° mai. s. XI. 237 fol.
Gregorii M. homiliae XXII in Ezechielem. Codicis scriptor Hagano in fine 12 versibus hexam. librum dedicat S. Heimrammo.

1349 **14367** (Em. D 92) membr. in 2° min. s. XIV. 226 fol.
Thomae de Hibernia manipulus florum.

1350 **14368** (Em. D 93) membr. in 2° min. s. IX. 201 fol.
Homiliae SS. Patrum de tempore et de Sanctis a paschate usque ad adventum, ac de communi Sanctorum. Copiosa collectio, cui in codice manus paulo posterior nomen 'liber Alan' inscripsit, maximam partem sermones Augustini, multos Maximi, paucos Gregorii, Bedae aliorumque continet.

1351 **14369** (Em. D 94) membr. in 2° min. s. IX. 188 fol.
Hieronymi commentarius in L Psalmos posteriores. Sequuntur f. 166 aliquot sermones Augustini, Caesarii, Maximi, Bedae, item anonymi sic incipiens: Qui superna caelorum regna etc.

1352 **14370** (Em. D 95) membr. in 2°. s. X. 116 fol.
Hieronymi liber de viris illustribus. f. 27 **Gennadii** Massiliensis liber de viris illustribus. f. 42 Ottonis II imperatoris manu-

missio clerici Reginbato a. 976. Cf. Oberbair. Archiv I, 377. — f. 42b Formulare epistolae episcopi ad archiepiscopum pro presbytero in episcopum ordinando. f. 43 **Boetii** liber 1) ad Symmachum quod trinitas sit unus deus; 2) ad Joannem diaconem, utrum pater et filius et spiritus S. de divinitate substantialiter praedicentur; 3) ad eundem, quomodo substantiae in eo quod sunt bonae sunt; 4) contra Eutychen et Nestorium. f. 59 **Bedae** expositionis in parabolas Salomonis fragmentum. f. 62 **Rabani Mauri** tres epistolae ad Hincmarum Remensem archiep. contra Goteschalci errorem, quarum altera extat in Migne T. 112 col. 1518.

f. 70 Epistolae septem **Hieronymi** ad Augustinum, et sex **Augustini** ad Hieronymum, interposita una (f. 77) Augustini ad Praesidium. f. 105 Passio S. Dionysii cum sociis, adiecta legenda in festivitate eorum homilia, cui epistola spuria Aristarchi ad Onesiphorum inserta est, ed. Bolland T. IV p. 700 et 704. f. 113 **Origenis** homilia in vigilia nativitatis domini.

14371 (Em. D 96) in 2°. a. 1410. 136 fol. **1353**

Alberti de Diessen Speculum clericorum.

f. 105 Quaestiones in symbolum apostolicum, Constantinopolitanum et Athanasianum. — Codicem scripsit Hainricus Linder.

14372 (Em. D 97) membr. in 2° min. s. XI. 193 fol. **1354**

F. 1 **Hucbaldi** musica enchiriadis. f. 8 Eiusdem Scholia enchiriadis de arte musica, ut supra n. 14272. Sequitur f. 25 fragmentum rhetoricum sic incipiens: Naturali ratione quidem potest repperire sed id melius atque facilius artifex faciet, si in opere construendo artis facilitatem atque elegantiam comparet.

f. 26 **Boetii** comment in Topica Ciceronis libri VI. f. 94 Eiusdem editio prima super Kategorias Aristotelis a se uerbum e uerbo translatum (sic) e greco. Cf. ed. Basil. p. 112. f. 178 Cathegoriae quas de Aristotele uerbum ex uerbo transtulit in latinum. Sunt ex commento in categorias sola Aristotelis verba.

14373 (Em. D 98) in 4° mai. s. XV. 192 fol. **1355**

Antonii de Butrio Speculum confessionis. f. 21 **Hermanni de Schildiz** Speculum sacerdotum. Sequuntur 11 versus latino-germanici, inc. Maria virgo pia du hast geholffen mir. f. 26 Tractatus de defectibus missae. f. 30 Tract. de divinis officiis. f. 33 Mirabilia Romae. f. 38 Sermo de dominica I post octavam Pentecostes. f. 40 Expositio octo beatitudinum. f. 46 Sermo de passione domini. f. 56 Repertorium iuris canonici inde ab I littera.

14374 (Em. D 99) membr. in 4° mai. s. XI. 198 fol. **1356**

Cassiodori Historia tripartita.

14375 (Em. D 100) membr. in 4° mai. s. XII. 40 fol. **1357**

S. Benedicti regula. f. 1 Enumerantur reliquiae sanctorum quae in altari basilicae S. Oswaldi (ubi?) continentur.

1358 **14376** (Em. D 101) in 2° min. s. XIV. 113 fol.
Antonii de Janua liber figurarum moralium.

1359 **14377** (Em. D 102) membr. in 4°. s. X/XI. 106 fol.
Alcuini Dialogus de rhetorica et de virtutibus: praecedunt IV disticha, inc.: Qui rogo civiles cupiat cognoscere mores. f. 31 Eiusdem dialectica. f. 51ᵇ Hymnus quidam eucharisticus, partim latinus partim graecus partim hebraicus, inc. Terminus et idem interminus; producens omnia.
f. 52 **Boetii** in Aristotelis libros de interpretatione commentariorum minorum seu primae editionis libri II. f. 105 Interpretatio somniorum, ord. alphab. sed desinens in R literam.

1360 **14378** (Em. E 1) membr. in 4°. s. XIV. 226 fol.
Petri de Sampsona lectura super V libros Decretalium. f. 215 Scriptum super rubricas Innocentii, i. e. Glossae in eius constitutiones. f. 226 Brevis nota 'de foro competenti'.

1361 **14379** (Em. E 2) membr. in 4° mai. s. IX. 113 fol.
Gregorii homiliarum in evangelia liber I s. homiliae XX priores.

1362 **14380** (Em. E 3) membr. in 2° min. s. IX. 114 fol.
Homiliae SS. Patrum de tempore et de Sanctis, quarum plurimae Augustini, Maximi, Bedae, Leonis, paucae etiam Chrysostomi, Caesarii aliorumque.

1363 **14381** (Em. E 4) membr. in 4° mai. s. XIV. 60 fol.
Glossae in librum V Decretalium.

1364 **14382** (Em. E 5) membr. in 4°. s. XII et XIII. 26 fol.
Lectiones in V dies festos: S. Emerammi, in dedicatione ecclesiae, in nocte paschae, in natali S. Dionysii, in nocte pentecostes. Codex in fine mutilus.

1365 **14383** (Em. E 6) membr. in 4° mai. s. XIII. 102 fol.
Aristotelis secretum secretorum. f. 12 Quaestiones theologicae. f. 64 **Thomae Aquin.** quaestionum quodlibeticarum pars (Quodl. III haud integrum). f. 73 Miscellanea medica. f. 81 Quaestiones in librum sex principiorum Gilberti Porretani. f. 86 Quaestiones in isagogen Porphyrii. f. 93 **Arwei** tractatus contra Durandum.

1366 **14384** (Em. E 7) membr. in 4° mai. s. IX/X. 258 fol.
Rabani Mauri Commentarius in IV libros regum, cum duabus epistolis dedicatoriis, altera ad Hilduinum abbatem (Migne T. 109 p. 10), altera distichis scripta ad Ludovicum imperatorem.

1367 **14385** (Em. E 8) membr. in 2° min. s. IX. 128 fol.
Bedae Expositio in VII epistolas canonicas.

1368 **14386** (Em. E 9) membr. in 4° mai. s. X. 247 fol.
Homiliae SS. Patrum de tempore a Septuagesima usque ad Pascha, plurimae S. Hieronymi, Augustini, Bedae, aliquot Gregorii et Leonis paparum, Maximi, Petronii etc.

14387 (Em. E 10) membr. in 2° min. s. IX. 102 fol. **1369**
Tabula indictionum, epactarum, cyclorum, diei paschatis in annos 741—880. f. 6 **Clementis Romani** epistola (spuria) ad Jacobum fratrem domini. f. 8 Catalogus Romanorum pontificum a S. Petro usque ad Paulum I. f. 14 **Bedae** 1) liber de orthographia, 2) argumenta in singulos psalmos et in titulos psalmorum, 3) passio S. Justini martyris.

14388 (Em. E 11) membr. in 4°. s. IX et X. 238 fol. **1370**
S. **Hieronymi** commentarius in epistolam ad Ephesios (prima 7 folia manu saeculi XII suppleta). f. 81 Eiusdem commentarius in epistolam ad Titum. f. 113 Commentarius in IV evangelia, editus inter Hieronymi scripta spuria.
f. 172 Physiologus seu de natura animalium liber cum allegorica et morali interpretatione.
f. 184 Glossarium latinum. f. 223 Interpretatio nominum hebraicorum et graecorum. f. 227 Nomina Hebraeorum de ponderibus. f. 228 Glossarium breve latinum. f. 230 Synonyma Ciceronis ad Veturium.

14389 (Em. E 12) membr. in 4° mai. s. XIII/XIV. 163 fol. **1371**
Innocentii III papae sermones LV de tempore et de Sanctis. f. 77 Sermones varii de tempore et de Sanctis.

14390 (Em. E 13) membr. in 4° mai. s. IX. 111 fol. **1372**
Bedae de tabernaculo et vasis eius ac vestibus sacerdotum libri III.

14391 (Em. E 14) membr. in 2° min. s. IX. 189 fol. **1373**
Alcuini expositio in evangelium Johannis, praemissis epistolis Gislae et Richtrudae ad Alcuinum et Alcuini ad easdem. In fine notatur: Isanbertus XVIII kal. aug. hunc scribendo patravit librum, porro: Baturicus episcopus dedit ad S. Emmerammum. f. 3 Insertum est epitaphium Michaelis episcopi Ratisbonensis († circa 972) 6 distichis conceptum.

14392 (Em. E 15) membr. in 4°. s. IX. 128 fol. **1374**
'Incipit de ortu et obitu patriarcharum et apostolorum et ceterorum Sanctorum ubi sunt nati et ubi sepulti. Adam homo primus. Sexta feria factus . .'
f. 41 'Dicta S. **Isidori**. Domino . . adiuuante . . de numero et eius mystico mysterio . . uolo scribere. quid. unum . . et usque ad XXIV si possumus peruenire dicere uolumus quid ostendunt'. Sed liber in numero VIII desinit.
f. 118 De oratione 'Primitus enim insinuat et docet'; insertae sunt orationes Hieronymi, Gregorii, oratio confessionum. f. 125ᵇ Excerpta ex libris sacris.
Ex iis, quae dixit Areualus cum in editionis Sedulii prolegomenis n. 151 et ante appendicis quintae partem III, tum in Isidorianorum parte I cap. 61, 48 et cap. 63, 10 et cap. 99, 18 sqq., apparet hos duos libros etiam in codice Vat. Reginensi 199 s. XI exstare, sed mancos. Ex eo edidit Areualus 1) librum de ortu et obitu patrum in Isidori append. XX = f. 3ᵇ—41ᵇ

nostri codicis, 2) librum de numeris, in Isid. app. XXI = f. 41ᵇ—55, 63—66 huius codicis, 3) paraphrasin decreti Gelasiani de libris recipiendis in Sedulii app. V. = f. 55ᵇ—63 (cf. f. 86. b) huius codicis; quae paraphrasis Thielium fugit; cf. Epistolarum rom. Pontificum t. I, p. 54 et 455. Itaque fol. 1—3, 66—117 adhuc inedita sunt; (f. 112—117 excerpta sunt ex libro de conflictu uitiorum et uirtutum, qui a multis Ambrosio Autperto tribuitur). Sanftl cogitat de auctore Rabano Mauro, quod uix probes, si e. g. ea, quae in libro de Uniuerso 18, 3 composuit de numerorum mysterio, cum hoc codice contuleris. Confer Clm. 14497.

1375 **14393** (Em. E 16) membr. in 4°. s XI et XII. 295 fol.
Hieronymi commentarius in Prophetas minores.

1376 **14394** (Em. E 17) membr. in 4°. s. XIV. 126 fol.
Bernardi abbatis Casinensis commentarius in regulam S. Benedicti.

1377 **14395** (Em. E 18) membr. in 4°. s. X. 209 fol.
Prudentii carmina, praemisso capite XIII ex Gennadii libro de viris illustribus, multis glossis marginalibus et interlinearibus, tam latinis quam germanicis illustrata. Germanicae ab E. Graff sub signo Prud. 1 exhibitae in 'Haupt, Zeitschr. f. deutsches Alt. N. F.' IV p. 35—79 secundum apographum F. Keinzii editae sunt.

1378 **14396** (Em E 19) membr. in 4° mai. s. XII et XIV. 74 fol.
Medibardi carmen de vita S. Walburgae, ab his verbis lib. 2 cap. 6 incipiens: Parvam requiem sumturi Insternunt se gramini etc.
f. 5 Vita S. Willibaldi auctore sanctimoniali Heidenheimensi. Ed. T. Tobler in Descriptionibus Terrae sanctae.
f. 24 Vita S. Wunebaldi, eadem auctore. Ed Mabillon Acta SS. o. s. B. saec. III. 2. p. 178—190.
f. 38 Vita S. Richardi, decerpta ex vita S. Willibaldi supra notata, ex alia eiusdem vita hic subsequente et ex epitaphio Richardi apud Bolland. T. II Febr. 7 p. 79 recitato. f. 47 **Philippi** Eistetensis episcopi vita et miracula S. Walburgae. Fol. ult. ad annos 1417 et 1492 duo triumphi S. Walburgae narrantur.

1379 **14397** (Em. E 20) membr. in 4°. s. XIV. 19 fol.
Catalogi librorum asservatorum in bibliothecis monasteriorum 1) ord. praed., 2) fr. min., 3) Augustinorum Ratisbonae; 4) in monasteriis Prüfening et Prüel et 5) in monasterio S. Emerammi. Cf. Serapeum 1841 p. 262 et 266.

1380 **14398** (Em. E 21) membr. in 4°. s. XII. 151 fol.
Bedae expositio in parabolas Salomonis. f. 74 **Hieronymi** commentarius in Ecclesiasten. f. 121 Commentarius seu homiliae XII in Canticum canticorum. In prima pag. imago Salomonis, in altera magistri (Bedae) discipulum instruentis exhibetur; adiecti sunt 9 versus hexam. de Beda.

14399 (Em. E 22) membr. in 4° mai. s. XII. 183 fol. 1381
Ambrosii Hexaemeron libri VI. f. 95 Eiusdem liber de Paradiso. f. 120 Eiusdem libri duo de Cain et Abel. f. 146 Recapitulationes de libris Genesis, Exodi, Levitici, Numerorum, Deuteronomii et Josue; fol. ult. inserta est fabula de dracone, qui tempore Salomonis Hierosolymis apparuit.

14400 (Em. E 23) in 2°. s. XV. 288 fol. 1382
Lectiones de B. V. Maria pro singulis anni diebus, a monacho quodam Carthusiano Meinhardo Tridentino episcopo flagitante ex patribus excerpta a. 1356. f. 128 **Isidori** sententiarum libri III a. 1419. f. 176 Sermones quadragesimales. f. 233 et 241 Duo vocabularii lat. germanici. f. ult. 'Expositio vocabulorum ultra psalterium' (fragmentum).

14401 (Em. E 24) membr. miscell. in 4° mai. s. X—XIV. 182 fol. 1383
F. 1 s. XI. **Boetii** in Aristotelis l. de interpretatione comment. libri II = ed. Basil. p. 215 sqq. f. 30 Eiusdem de arithmetica libri II cum glossis margg. et interlinn.
f. 126 s. X. **(Martiani Capellae)** Dialectica s. lib. IV de nuptiis philol. et Mercurii cum glossis.
f. 154 s. XI. Dialogus inter discipulum et magistrum de philosophia et eius speciebus. Inc. Omnibus diuina stipulante gratia etc.
f. 169 s. XIV. **Petri de Dacia** comment. in Algorismum Joannis de Sacrobusco. — f. 180 Tract. de nobilitate astronomiae. Inc. In bono quod deus operatur bonitatum largidatoris debemus attendere. Liber non est integer.

14402 (Em. E 25) membr. in 4°. s. XIV. 606 fol. 1384
Biblia veteris et novi testamenti.

14403 (Em. E 26) membr. in 4°. s. XII. 118 fol. 1385
Stephani Summa ad duas priores partes decreti Gratiani, praemissa **Joannis Faventini** summa ad part. III. Cf. Sitzungsber. der k. k. Akad. in Wien Cl. phil.-hist. XXXI p. 456.

14404 (Em. E 27) membr. in 4°. s. XI. 143 fol. 1386
Vitae S. Gregorii papae libri IV, auctore **Joanne Diacono**.

14405 (Em. E 28) membr. in 4°. s. IX. 100 fol. 1387
Rabani Mauri de institutione clericorum libri duo, quorum alter conflatus ex libris II et III. f. 98 **Caroli M.** epistola ad Alcuinum de ratione septuagesimae. Librum dedit Amanolt presb. et mon. S. Emerammo.

14406 (Em. E 29) membr. in 4°. s. XII. 153 fol. 1388
Expositio in varios libros veteris et novi Testamenti.

14407 (Em. E 30) membr. in 4°. s. X. 111 fol. 1389
F. 1 Glossae in canones lat. et germanicae, quas Graff sub signo Can. 7 publicavit. f. 5 Nomina metropolitanarum civitatum sub imperio domini Hludouuici.

f. 5 Collectio canonum Dionysio-Hadriana, cf. Maassen, Gesch. der Quellen des can. Rechts I, 441 sqq.
f. 74 Duo decreta synodorum Bavaricarum, cf. Mon. Germ. Legg. III p. 486. f. 74 Leonis VII papae epistola ad Gallos et Germanos, cf. Mansi Conc. coll. XVIII, 378.
f. 77 **Isidori** de officiis ecclesiasticis libri II.

1390 **14408** (Em. E 31) membr. in 4°. s. XII. 119 fol.
Ivonis Carnotensis epistolae 200, inter quas ut in ed. Paris. (1647) etiam nonnullae aliorum inveniuntur: Urbani II papae epist. ad clerum et populum Carnotensem, eiusdem ad Richerium Senonensem archiep., eiusdem oratio ad Ivonem consecratum episcopum, Joannis Lugdunensis archiep. ad Ivonem epistola, Joannis VIII papae decretum ad Anselmum Lemovicensem episc.

1391 **14409** (Em. E 32) membr. in 4°. s. X. 128 fol.
Gregorii Magni cura pastoralis.

1392 **14410** (Em. E 33) membr. in 4°. s. IX. 102 fol.
Homiliae (Hieronymi, Augustini, Gregorii etc.) in epistolas a nativitate ad ascensionem domini. f. 77 Sermo de execrandis vitiis, f. 81 exhortatorius ad bona opera. f. 83 Acta synodi Ratisbonensis (s. VIII), ed. in Mon. Germ. Legg. III, 455 sq. f. 85 Ratio de catechizandis rudibus, adiectis sermonibus de X praeceptis, de respuendis idolis, de deo solo colendo, de deo. f. 92 **Serapion** de VIII vitiis. f. 93 Sermo de pace et concordia. f. 97 **Maxentii** patriarchae Aquileiensis litterae ad Imp. Karolum datae, ed. Pez Thes. II, II, 8—12. f. 99 Fragmentum libelli de catacumenis, ed. ibid. col. 12—16.

1393 **14411** (Em. E 34) membr. in 4° mai. s. XI. 276 fol.
Origenis homiliae in Leviticum, in Numeros, in Josue, in librum Judicum, interprete Rufino.

1394 **14412** (Em. E 35) membr. in 4°. s. XIV. 48 fol.
Commentarii f. 1 in Isagogen Porphyrii; f. 9 in Aristotelis categorias et f. 23 libros de interpretatione, f. 37 in Gilberti Porretani librum sex principiorum. In anteriore theca legitur: A. 1515 emptus est liber hic pro 4 panibus a quodam sacerdote peregrino.

1395 **14413** (Em. E 36) membr. in 4°. s. XI et XIII. 172 fol.
Regula canonicorum edita in concilio Aquisgranensi a. 816, cf. Mansi Conc. coll. XVI, 147—246.
f. 108 Modus conficiendi epistolas canonicas vel formatas, cf. Rockinger, Formelbücher not. 66. — Quod nullus ordines vel praebendas seu beneficia ecclesiae pro aliquo munere audeat clericis conferre (Alexandri II papae).
f. 109 **Patherii** expositio in libros Levitici, Numerorum, Josue, Judicum, Regum et Psalmorum — usque ad ps. 26.

1396 **14414** (Em. E 37) membr. in 4°. s. XIV. 266 fol.
Missale ecclesiae Ratisbonensis.

14415 (Em. E 38) membr. in 4° mai. s. XIII. 74 fol. **1397**
Bandini compendium IV librorum sententiarum.

14416 (Em. E 39) membr. in 4°. s. XIV. 120 fol. **1398**
Aegydii de Columna commentarius in librum de causis (Aristoteli et aliis tributum). f. 49 Commentarius in Aristotelis libri II magnorum moralium caput 8. de bona fortuna.
f. 57 Commentarius in eiusdem libros meteorum (imperfectus).

14417 (Em. E 40) membr. in 4° mai. s. IX. 240 fol. **1399**
Bedae expositio in parabolas Salomonis.
f. 115 **Hieronymi** commentarius in Ecclesiasten.
f. 192 Commentarius s. homiliae XII in Canticum canticorum.

14418 (Em. E 41) membr. in 4°. s. IX. 102 fol. **1400**
Passionale sive vitae Sanctorum, f. 1 'Capituli', f. 3 de ascensu Domini Augustini, f. 4 quot vicibus post resurrectionem discipulis suis Dominus apparuit, f. 6 de vigilia pentecosten Leonis, f. 7 de pentecosten Leonis, f. 9 de passione SS. Tiburtii, Valeriani et Maximi, f. 11 Georgii, f. 13 Philippi apostoli, f. 14 inventio S. Crucis, f. 16 de passione S. Floriani, f. 17 Nazarii, Gervasii, f. 19 Jacobi apostoli, f. 21 sermones II de nativitate Johannis Bapt., quorum prior Maximi, f. 26 de passione Johannis et Pauli, f. 27 apostolorum Petri et Pauli, f. 30 de natali Petri et Pauli, f. 31 de passione Jacobi, fratris Joannis, f. 33 Abdonis et Sennen, f. 35 septem fratrum (Maccabaeorum), f. 37 Sixti, Felicissimi et Agapiti, f. 38 Laurentii, f. 41 Hippolyti, f. 42 homilia S. Leonis de assumptione Mariae, f. 43 de passione Symphoriani, f. 45 Bartholomaei apostoli, f. 48 Joannis Baptistae, f. 50 homilia Leonis de nativitate Mariae, f. 50ᵇ de passione S. Cypriani, f. 51 Euphemiae, f. 53 Matthaei apostoli, f. 56 Mauritii et sociorum eius, f. 57 sermo in natali S. Rothperti, f. 60 de passione Cosmae et Damiani, f. 61 memoria S. Michaelis, f. 65 de passione S. Dionysii et sociorum eius, f. 67 de vita S. Amandi, f. 69 de Thaddaeo apostolo Eusebius, f. 70 de passione S. Julianae, f. 73 de vita S. Martini, f. 78 S. Brictii, f. 80 de passione S. Caeciliae, f. 81 Clementis, f. 84 Chrysogoni et Anastasiae, f. 87 Andreae apostoli, f. 88 Luciae, f. 91 de laude charitatis Juliani Pomerii; de principibus huius saeculi Isidorus, f. 93 de patientia principum, f. 94 de iudicibus, f. 95 homilia in dedicatione ecclesiae, f. 100 de uirtutibus S. Crucis domini.

14419 (Em. E 42) membr. in 4° mai. s. XII. 97 fol. **1401**
Vitae Sanctorum, inter quas f. 12—42 vita Nicolai episcopi petente Wicrado ab **Othlone** scripta, adiecta historia translationis huius Sancti, f. 55—64 vita Henrici imperatoris, cf. Mon. Germ. Scr. IV, 789. f. 42 Decem versus hexam. inseruntur, in quibus ecclesiae status in Bavaria plangitur, inc. Caeli regina pia mitia corda lupina effice stultorum cito Bavariae dominorum.

1402 **14420** (Em. E 43) membr. misc. in 4°. s. X—XII. 199 fol. F. 1 s. X. **Bedae** liber de arte metrica et f. 15 de schematibus et tropis. f. 21 'Pauca de metrica ratione' in multis cum Bedae arte metrica concordantia, finis deest. f. 37 s. XI. Iidem duo libelli Bedae qui supra f. 1—20.
f. 56 s. XIV. Divisiones (i. e. commentarii) super Boetii libros de consolatione philosophiae. f. 66 Quaestiones in Donatum.
f. 73 s. XIII. Glossae in Statii Thebaidem. f. 79 s. XI. Commentarius in Terentii comoedias. Prolixus commentarius ad modum glossarum interlinearium confectus est. — f. 145 s. XII. Glossae in Sedulii opus paschale.
f. 149 s. XII/XIII. **Vergilii** Bucolica cum glossis.
f. 162 s. XI. **Alcimi Aviti** de initio mundi libri V. f. 193 Eiusdem poematum liber VI de consolatoria laude castitatis.

1403 **14421** (Em. E 44) membr. in 4°. s. VIII/IX. 79 fol. **Jeremias propheta.** Codicem scripsit Nidkerus.

1404 **14422** (Em. E 45) membr. in 4°. s. VIII/IX. 140 fol. Collectio canonum ex interpretatione Dionysii Exigui. Praemittitur **Augustini** sermo 56 ad fratres in eremo; in fine (f. 138) subiungitur sermo ad clerum de disciplina ieiunii.

1405 **14423** (Em. E 46) membr. in 4°. s. IX. 84 fol. **Isidori** liber de allegoriis nominum legis et evangeliorum. f. 8 De VII sigillis (ed. inter opuscula dubia Alcuini opp. II p. 448).
f. 9 **Eucherii** instructionum ad Salonium filium libri II.
f. 25 **Junilii** de partibus diuinae legis liber I.
f. 29 S. **Augustini** epistola ad Hieronymum de origine animae.
f. 34 De ecstasi Hieronymi (pars epistolae ad Eustochium de custodia virginitatis). f. 35 Epistola Hieronymi ad S. Augustinum = Migne Patrolog. XX, 916. f. 40 **Augustini** ep. ad Hieronymum l. c. col. 936. f. 45 **Damasi** ep. ad Hieronymum l. c. XIII, 371. f. 35 **Hieronymi** responsoria ad Damasum l. c. XXII, 452. f. 49 Eiusdem ad Vitalem presbyterum l. c. 672. f. 51 Eiusdem ep. de duobus filiis, frugi et luxurioso l. c. XXX, 248. f. 54 **Bedae** expositio in Apocalypsin. f. 77 Commentarius alius in Apocalypsin.

1406 **14424** (Em. E 47) membr. in 4°. s. XIII. 223 fol. **Petri Heliae** commentarius in Priscianum maiorem.

1407 **14425** (Em. E 48) membr. in 4° mai. s. XI. 159 fol. **Hieronymi** commentarius in Jeremiam.

1408 **14426** (Em. E 49) membr. in 4°. s. X. 154 fol. Quaestiones in Evangelia ex dictis patrum (dialogi modo).
f. 140 '**Valeriani** Cimelensis episcopi tract. de bono disciplinae'. f. 144 Ex **Isidori** sententiarum libro III capita 48—53. f. 147 Sententia cuiusdam sapientis de his qui affluentia rerum superbiunt. f. 148 Epistola **Hormisdae** papae per universas provincias, ed. Mansi Conc. coll. VIII, 527. f. 150 **Gregorii M.**

epistolae ad Secundinum pars. f. 152 **Isidori** epist. ad Masonem de restauratione episcopi.

14427 (Em. E 50) membr. in 4°. s. XI. 135 fol. **1409**
Hincmari Remensis archiep. epistola ad Carolum Caluum de cauendis uitiis, cum Gregorii papae epistola ad Recharedum regem. f. 103 **Caesarii** Arelatensis episc. homiliae IX ad monachos.

14428 (Em. E 51) membr. in 4°. a. 1453. 155 fol. **1410**
Ordo divinorum officiorum per annum iuxta consuetudinem monasterii S. Emerammi, praecedente f. 1—14 Calendario cum notis necrologicis.

14429 (Em. E 52) membr. in 4°. s. X. 221 fol. **1411**
F. 1 Explicatio latina nominum hebraicorum. f. 3 Glossarium lat. **Salomonis**; in fine versus de novem Musis inserti sunt. f. 214 Decerptio de libro hebraicarum quaestionum (Hieronymi). f. 221 Expositio sermonum antiquorum **Fulgentii** (cf. Halm, Verz. der Handschr. der Kirchenväter i. d. Schweiz, Wien 1865 p. 32). f. 222 Glossarium breve quod inter multas glossas lat. etiam aliquas germanicas continet. f. 226 Modus conficiendi epistolas formatas. Alphabetum graecum. f. 227 Sententia S. Hieronymi de utilitate grammaticae artis. f. 228 Glossarii latini fragmentum. Plura de hoc codice, cuius priora 82 folia sunt palimpsesta, disseruerunt H. Kettner in 'Kritische Bemerkungen zu Varro,' Halle 1868 p. 25 sqq. H. Usener in Mus. rhen. XXII, 442 sqq. et XXIV, 111.

14430 (Em. E 53) membr. in 4°. a. 1335. 104 fol. **1412**
Breviarium decreti Gratiani, scriptum Ratisbonae a. 1355. f. 97 **Marci** canonici Spirensis tract. de modo observandi interdictum, compilatus a. 1301. f. 102 Breve chronicon ab initio mundi ad annum 5. Heraclii imp. (312); est Isidori Origg. lib. V c. 39 cum additamentis ex chronico. f. 103 Dicta Isidori.

14431 (Em. E 54) membr. in 4°. s. IX. 116 fol. **1413**
'Dicta **Cypriani** de habitu virginum', i. e. exerpta ex duobus Cypriani tractatibus. Cf. Krabinger, Cyprianus' auserl. Schriften p. XIII. f. 7 Regula sanctimonialium canonicarum edita in concilio Aquisgranensi a. 816, cf. Mansi C. C. XIV, 246 sqq. f. 60 **Joannis Chrysostomi** sermo (spurius) de malis mulieribus. f. 65 **Augustini** liber de mendacio, f. 95 eiusdem lib. contra mendacium. Ultimum codicis folium deest. In fol. 7 manus s. XV. edictum Hartwici Ratisbonensis episcopi dd. 1160 adiectum est.

14432 (Em. E 55) membr. in 4°. s. XIII. 136 fol. **1414**
Augustini de sermone domini in monte libri II cum cap. 19, libri I retractationum. f. 83 Excerptum ex Augustini epist. ad Dardanum de praesentia dei (cap. 2—6). f. 91 **Ambrosii** liber de bono mortis. f. 115 **Macrobii** Saturnaliorum liber VII inscriptus: Mensa philosophorum.

1415 **14433** (Em. E 56) membr. in 4°. s. XIII. 91 fol.
Evangelium Joannis cum glossis.

1416 **14434** (Em. E 57) membr. in 4°. s. IX. 172 fol.
Breves glossae in Biblia utriusque Testamenti et in praefationes Hieronymi.

1417 **14435** (Em. E 58) membr. in 4°. s. IX/X. 193 fol.
Isidori commentarius in Pentateuchum, Josue, Judith et Ruth; commentario in Leviticum additus est tractatus incipiens: Nunc uero iam de quibusdam ceremoniis. f. 190 **Ambrosii** lib. de purificatione S. Mariae. f. 191 Passio S. Agathae.

1418 **14436** (Em. E 59) membr. miscell. in 4°. 119 fol.
Fol. 1 s. XI. Septem alphabeta sc. hebraicum siriacum arabicum egiptiacum gothicum chaldaicum alanicum. Edidit ex cod. nostro accurate aeri incisa Eccardus in lib. de Orig. germ. tab. XIV ad p. 188.
f. 1—9 et 83—108 s. XI. Rhetorica ad Herennium in VI libros divisa.
f. 10—32 et 35—58 s. XI. **Macrobii** in Somnium Scipionis libri II. Praemissum est ipsum Somnium f. 10—13. Desinit comment. in haec verba (II, c. 9): gloriam non requirat. Cf. edit. L. de Jan I, p. LXXIII, et Cic. ed. Turic. II vol. IV, 845 sqq.
f. 58—61 Excerpta ex **Plinii** nat. hist. lib. II, c. 8 sq. §§. 32—44. c. 21 sq. §. 83 sq. c. 15—18. §§. 62—80. Adiecti sunt f. 61 v. tituli variorum librorum manuscriptorum.
f. 32 sq. Epistolae **Senecae** ad Paulum apostolum et ad Senecam **Pauli**.
f. 34 Fragmentum de syllabarum quantitate. Inc. Que est equa diuisio? ubi duo numeri in uno quolibet pede ratione temporum equaliter concordant.
f. 67—82 s. X/XI. **Boetii** commentorum in ysagogas Porphyrii liber I editionis primae. Liber continuatur f. 62—66, nec tamen est integer desinens in verba: Si enim prius dixeris hominem rem minorem = p. 21 med. ed. Basil.
f 108—113 s. XII. **Julii Seueriani** praecepta artis rhetoricae. Cf. Rhett. min. ed. Halmii p. 355 sqq. Additum est in fine caput de memoria excerptum ex Julio Victore p. 440 ed. Halm.
f. 113 v. Modus computandi numeros per digitorum inflexionem cum figuris. Est pars opusculi **Bedae** ed. Colon. I, 127.
f. 114—117 De numerorum diuisione. Inc. Si multiplicaueris singularem numerum per decenum etc.
f. 118 Fragmentum rhetoricum; est pars opusculi, quod. Ang. Mai sub **Boetii** nomine edidit in Class. Auctt. III p. 317 sqq.
f. 118 sq. Vita et laudes S. Emmerammi.

1419 **14437** (Em. E 60) membr. in 4°. a. 823. 109 fol.
Augustini in epistolam I S. Joannis tractatus decem. In fine notatur: Librum hunc .... ego Baturicus episcopus (Ratisbonensis 817—847) ad franchonofurt scribere praecepi. scriptus

est autem diebus VII et in octavo correctus in loco eodem anno VII regiminis episcopatus mei et DCCCXXIII. dominicae incarnationis, scriptum autem per Ellenhardum et Dignum. Hildoino orthographiam praestante. Cf. Chron. Gotwic. p. 42.

14438 (Em. E 61) membr. in 4°. s. XIV. 120 fol. **1420**
Guilelmi Durandi († 1291) repertorium iuris canonici.

14439 (Em. E 62) membr. in 4°. a. 1317. 74 fol. **1421**
Petri de Vineis epistolarum libri V, quae fere omnes repetitae sunt in edit. ab J. R. Iselio Basileae 1740 curata.

14440 (Em. E 63) membr. in 4°. s. XV. 25 fol. **1422**
Conradi de Monte puellarum tractatus de limitibus parochiarum civitatis Ratisbonae. f. 24 **Pii** papae bulla visitantibus ecclesiam S. Emerammi indulgentias concedens a. 1458.

14442 (Em. E 65) membr. in 4° mai. s. XI/XII. 171 fol. **1423**
Wilhelmi Hirsaugiensis abbatis Consuetudines Hirsaugienses, editae a M. Hergott in 'Disciplina monastica', Paris. a. 1751 p. 375 sqq. In fol. ult. invenitur tabula fratrum, qui a. 1307 (potius 1327 vel 1337) in monasterio fuerunt. In prima pagina inserta est narratio de ligno crucis iam a Davide adorato.

14443 (Em. E 66) membr. in 4°. s. XV. 88 fol. **1424**
Joannis Boccaccii liber de claris mulieribus, praemissa eiusdem epistola clarissimae Andreae Acciarolis de Florentia Alteville comitissae missa.

14444 (Em. E 67) membr. in 4° mai. s. XII. 206 fol. **1425**
Evangelia et orationes de tempore et de Sanctis per annum.

14445 (Em. E 68) membr. in 4°. s. XI. 203 fol. **1426**
Homiliae et sermones varii SS. Patrum, plerique Augustini, alii Leonis papae, Alcuini, Victoris, Isidori etc.; intermixta est (f. 43—127) Summa moralium excerpta ex Gregorii Moral. in Iob.
f. 201 'Ordo ad signum ecclesiae benedicendum seu benedictio campanae', ed. Gerbertus in Monum. vet. liturg. aleman. II, 61. f. 203 Passio Theonesti episcopi et sociorum (apocrypha), fragmentum.

14446ᵃ (Em. E 69ᵃ) membr. in 4°. s. XIII/XIV. 79 fol. cod. miscell. **1427**
F. 1 Miscellanea moralia. f. 35 Sermo ad monachos. f. 42 Sermones VI de dedicatione ecclesiae. f. 50 **Bernardi** de consideratione ad Eugenium papam libri I. II et pars tertii. f. 58 Tractatus de virtutibus et vitiis, non integer.

14446ᵇ (Em. E 69ᵇ) membr. in 4°. s. VIII/IX. 80 fol. **1428**
F. 1 Commentarius in IV evangelia.
f. 52 **Sulpitii Severi** epistola ad socrum suam Bassulam qualiter S. Martinus de hoc mundo recesserit. f. 55 Historia obitus S. Martini, cum tribus 'versiculis' ex Gregorii Turonensis Hist. Franc. et ex eiusdem opere de miraculis Martini sumptis.

f. 59 Vita S. Briccii episcopi ex Gregorii Turonensis Hist. Franc. f. 61 Passio S. Julianae virginis. f. 66 Dicta S. Basilii de XIV remissionibus peccatorum. f. 67 Sermones VII breves exhortatorii ad virtutem, quorum complures falso S. Paulo tribuuntur.

1429 **14447** (Em. E 70) membr. in 4°. s. IX. 141 fol.
Alcuini expositio in psalmos penitentiales, f. 53 eiusdem epistola ad pueros S. Martini de confessione peccatorum, f. 63 eiusdem expositio in psalmum 118 et f. 105 in psalmos graduales. f. 140 Hymnus de psalmis gradualibus, cui subiungitur oratio metrica, inc.: Sancte sator suffragator.

1430 **14448** (Em. E 71) membr. in 4°. s. XIV. 100 fol.
F. 1 Epistola senatus populique Romani ad Joannem II papam. f. 2 Commentarius in Ludolphi de Lucowe flores grammaticae. f. 29 Mag. **Thomae** commentarius in Boetii libros de consolatione philosophiae. f. 50 **Roberti Lincolniensis** episc. tractatus de sphaera; f. 54 eiusdem computus ecclesiasticus. f. 70 **Euclidis** elementa geometriae cum commento Campani Nouariensis.

1431 **14449** (Em. E 72) membr. in 4°. s. XII. 56 fol.
Bedae expositio in Canticum canticorum. (Duo libri omissi, reliqui abbreviati).

1432 **41450** (Em. E 73) membr. et chart. in 4°. s. XIV. 163 fol.
Missale monasterii S. Emerammi.

1433 **14451** (Em. E 74) membr. in 4°. s. XIII. 164 fol.
Epistola I. S. **Joannis**. f. 5 **Augustini** tractatus decem in hanc epistolam. f. 105 **Petri Damiani** liber qui appellatur Gratissimus. f. 134 Eiusdem opusculum de abdicatione episcopatus ad Nicolaum II papam. f. 147 **Gebhardi** archiep. Salisburgensis epistola ad Hermannum Metensem, ed. in Kleinmayrn Juvavia p. 263.

1434 **14452** (Em. E 75) membr. in 4° mai. s. XI. 214 fol.
Epistolae et evangelia de tempore et de Sanctis per annum.

1435 **14453** (Em. E 76) membr. misc. in 4°. s. XIII. 97 fol.
F. 1 Jeremiae threni cum glossa **Gisleberti** canonici Antissiodorensis. f. 30 Sermones de tempore per annum cum aliis 'collecti ex opere Constantini' (Peregrini), opus in fine mutilum. f. 70 Commentarius in evangelium S. Matthaei. f. 96 'Ordo tocius anni', i. e. breve directorium officii divini ab adventu usque ad pentecosten. f. 94 Benedictio contra maculam in oculo positam.

1436 **14454** (Em. E 77) membr. in 4°. s. XIII. 89 fol.
Gisleberti archidiaconi Antissiodorensis glossa tripartita in threnos Jeremiae.

1437 **14455** (Em. E 78) membr. in 4°. s. XIII. 100 fol.
Evangelium S. Matthaei cum glossis. f. 93 Commentarius in priora 5 capita eu. Matthaei.

14456 (Em. E 79) membr. in 4°. s. IX. ante a. 824. 86 fol. **1438**
De X nominibus quibus apud Hebraeos deus vocatur (ex Isidori Origg. VII, 1), f. 2 de angelis, l. c. cap. 5. f. 4 Breve glossarium latino-theotiscum, in Prisciani et Donati grammaticas, ed. in Graff, Sprachschatz I p. LX. f. 7 Tabula intitulata 'termino quadrag. et regułar'. f. 8 'Computus S. Augustini, S. Hieronymi, S. Isidori, S. Dionysii, S. Quirilli Greciae et ceterorum', inc.: Tempus quid est. f. 48 Calendarium cum 19 tabulis ad inveniendum cyclum decemnovennalem. f. 63 Modus literas pronuntiandi (ex Marciani Capellae libro de arte grammatica). f. 64 Tabula paschalis ab a. 769 usque ad 873 cum aliis tabulis et figuris (pictis) astronomicis. f. 75 Modus computandi numeros per digitorum inflexionem. f. 76 Tabula lunae (non integra). f. 77 Numerus annorum ab Adam usque ad nativitatem Christi. f. 78 Epistola de termino paschali, qua auctor alloquitur magistrum Agnardum (Eginhardum?) et ad calculationem cycli lunaris ab a. 809 proficiscitur. f. 80 Breve chronicon 768—823 (in numeris solis usque ad 883) ed. in Mon. Germ. I, 92 sub titulo Annales S. Emmerammi maiores.

14457 (Em. E 80) membr. in 4°. s. IX. 97 fol. **1439**
F. 1 **Origenis** homilia de initio libri I Regum. f. 21 **Eucherii** quaestiones de libris regum (pars instructionum ad Salonium filium). f. 22 Sermones duo b. Joannis (supposititii) de David et Goliath et de Abessalon et David. f. 31 **Isidori** commentarius in libros Regum, Esdrae et Machabaeorum. f. 68 **Origenis** homiliae duae in Canticum canticorum interprete Hieronymo. In f. ult. delineatio Christi crucifixi, Maria et Johanne adstantibus.

14458 (Em. E 81) membr. misc. in 4°. s. XIV. 133 fol. **1440**
F. 1 'Collectura uaria dialectica'.
f. 59 Commentarii in Boetii l. de syllogismo hypothetico (Inc. Intentio boetii est etc.), f. 83 in Isagogen Porphyrii (Inc. In libris philosophicis etc.), f. 95 in categorias Aristotelis (Inc. Intentio aristotelis est etc.), f. 103 in Boetii l. de topicis differentiis (Inc. Praecepta illa quae traduntur etc.). f. 119 Mag. **Johannis Suevii** commentarius in categorias Aristotelis.

14459 (Em. E 82) membr. misc. in 4°. s. X et XIII. 61 fol. **1441**
F. 1 s. XIII. Commentarius in Priscianum maiorem, desinens in expositione libri XIII. — f. 49 s. X. Interpretatio permultorum vocab. biblicorum ab initio mutila.
f. 59—61 s. X. litteris anglosaxonicis. Sententiae ex Augustino excerptae.

14460 (Em. E 83) membr. in 4°. s. XIV. 245 fol. **1442**
F. 1 Mag. **Nicolai Parisiensis** Notulae super Isagogen Porphyrii, ab initio mutilae. f. 2 Commentarius in Isagogen eandem. Inc. Unus est creator. f. 20 Alius comment. in eandem. Inc. Liber

iste . . diuiditur etc. f. 34 Alius comm. in eandem. Inc. Logica per modum doctrine etc. In fine: Expl. triplex scriptum super porphirium.

f. 42 Commentarius in Categorias Aristotelis. Inc. Quaedam sunt scientiae etc., f. 62 in libros de interpretatione. Inc. Omne iudicium praecedit apprehensio. f. 101 Alius comment. in eosdem. Inc. Sicut habetur ab aristotele etc. f. 144 Comment. in Boetii l. de diuisione.

f. 150 sq. **Nicolai Parisiensis** philosophia. Inc. Unus est creator. f. 152 Notulae eiusdem super l. IV topicorum Boetii. — f. 174 Commentarius in Gilberti Torretani librum VI principiorum. f. 188 **Nicolai Parisiensis** commentarii in Prisciani lib. de accentibus. f. 201 Commentarius in Donati libellum de barbarismo, soloecismo etc. f. 208 in Prisciani lib. de accentibus, f. 211 in librum II Analyticorum poster. Aristotelis, f. 239 in librum I Anal. post.

1443 **14461** (Em. E 84) membr. in 4°. s. IX. 150 fol.

Isidori de officiis ecclesiasticis libri duo, cum paucis glossis germanicis, quas Graff sub signo 'Is. 2' publicavit. f. 112 'Haec sunt quae iussa sunt discere omnes ecclesiasticos'.

f. 113 De signis natiuitatis, paraphrasis opusculi Hrabani Mauri.

f. 116 Homiliae variae Gregorii M., Augustini, Leonis etc. Immixta est f. 124 Confessio fidei in codice Gennadio Massiliensi tributa, f. 149 Hymnus 'Festum nunc celebre magnaque gaudia'. — Librum scripsit Lantfrid.

1444 **14462** (Em. E 85) membr. in 4°. s. XII/XIII. 60 fol.

Epistolae septem canonicae.

1445 **14463** et **64** (Em. E 86 et 87) membr. in 4° mai. s. XI. 251 et 207 fol.

Joannis Cassiani Collationes (XXIV) in 3 partes divisae. Adiecta est in vol. II f. 103 collatio abbatis Tiamonis de diuersis generibus monachorum. — Scripsit Otloh monachus.

1446 **14465** (Em. E 88) membr. in 4° mai. s. XI. 67 fol.

Boetii de arte musica libri V. Aliquot folia ad libros II et III pertinentia desunt.

1447 **14466** (Em. E 89) membr. misc. in 4°. s. XIII. 160 fol.

F. 1 **Juvenalis** Satirae cum glossis marg. et interlin. — f. 40 **Vergilii** Aeneidos libri V priores cum initio sexti. — f. 89 **Lucani** Pharsalia (2 folia desunt).

1448 **14467** (Em. E 90) membr. in 4°. s. IX. 203 fol.

Diomedis Ars grammatica. Cf. Keilii Gramm. lat. I, p. XXXII. — In marginibus breves notae manu J. Aventini hic inde adspersae sunt.

1449 **14468** (Em. E 91) membr. in 4°. a. 821. 112 fol.

Gennadius Massiliensis de fide. f. 3 'Sententiae de canonibus expressae' (i. e. excerptae). f. 11 Capitula canonica. f. 20 Interrogationes Rustici episc. Narbonensis et responsiones P. Leonis.

f. 25 Excerpta ex **Augustini** enchiridio de fide n. 29 et ex libro de cura gerenda pro mortuis n. 22. f. 26 Excerpta ex **Isidori** libro de officiis. f. 27 Confessio fidei, ex concilio Foroiuliensi a. 791. f. 30 P. Hadriani epistola ad episcopos Hispaniae contra Elipantum. f. 42 **Paulini Aquileiensis** patriarchae libellus sacrosyllabus contra Elipantum concilii Francofordiensis decreto missus ad provincias Hispaniae. f. 57 Synodica eiusdem concilii ab episcopis Galliae et Germaniae ad praesules Hispaniae missa. f. 75 **Caroli M.** regis epist. ad Elipantum et ceteros episcopos Hispaniae. f. 88 De quaestiunculis S. Augustini (ex dialogo quaestionum in ed. Migne VI, 733 sqq. quaestiones XIV priores). f. 98 Caroli M. tria capitularia anni 789: a) cap. ecclesiarum ed. in Mon. G. Legg. I, 53 sqq. b) monasticum l. c. 67 sq. c) generale l. c. 68 sq. f. 110 inserta est oratio theotisca cum translatione latina, inc. Truhtin gŏd thu mir hilp, cf. Müllenhoff et Scherer, Denkm. Nr. 58. Profusius de hoc codice et inprimis de canonicis eius partibus disserit Kunstmann in Sitzungsber. d. bair. Acad. 1860 p. 540 sq.

14469 (Em. E 92) membr. in 4°. s. IX. 175 fol. **1450**
Commentarius in IV Evangelia (initium usque ad Matth. II, 11 deest). f. 40 **Justi Urgelitani** episc. expositio Cantici canticorum, cf. ed. Migne vol. 67, 963. f. 67 **Augustini** expositio in Apocalypsim (suppositicia). f. 130 Commentarius in Apocalypsim. f. 146 Concilium urbis Romae sub P. Gelasio de explanatione fidei et de recipiendis et non recipiendis libris a papa editum, cf. Mansi III, 462 sqq. et VIII, 156—172.
f. 151 **Junilii** de partibus diuinae legis lib. I c. 1—10.
f. 159 **Cassiodori** notitia de expositione librorum (= cap. 1—10 de institutione diuinarum literarum). f. 166 **Eucherii** liber formularum spiritalis intellegentiae.

14470 (Em. E 93) membr. in 4°. s. VIII/IX. 157 fol. **1451**
Homiliae et sermones varii SS. patrum.
f. 1 Sermo Augustini (Migne n. 310) et homilia lectionis eiusdem; f. 4 homilia Hieronymi inc.: 'o fratres carissimi, quam malum,' cum homilia lectionis eiusdem. f. 6 **Justi** episcopi expositio Cantici canticorum; f. 32 sermo Augustini (?) in Natali domini n. 125; f. 34 sermo de natali domini (August. (?) n. 123) et alius (l. c. 193); f. 37 sermones Augustini in natali S. Stephani martyris (n. 382 et 317); f. 44 sermo in natali S. Johannis Ev. ex Hieronymi comment. in Matthaeum; f. 48 in natali Innocentium (Aug. (?) n. 219); f. 50 de epiphania domini (Aug. n. 199); f. 53 Isidori homilia (brevissima) de saluatione animae. f. 54 Menses Hebraeorum, Graecorum et Aegyptiorum ad nostros reducti. f. 55 Sermo de penitentia inc. 'Provida mente et profunda cogitatione', f. 57 interpretatio literarum hebraicarum, f. 59 de monachis qui curis saeculi occupantur, inc.: Hi qui pro dei timore seculum renuntiant;

f. 61 de monacho nihil commodante, inc.: Nihil monachus in morte sua potest. f. 61ᵇ aliquae quaestiunculae. f. 62 **Fausti Rheg.** sermo (Aug. (?) n. 110). f. 66 Sermo de diligendo deo et proximo (Aug. (?) n. 67), f. 68 s. de pharisaeo et publicano, inc.: Modo ex euangelio audivimus fratres. f. 71 de laude penitentiae, inc.: Augustinus ait: sicut aquae extinguit. f. 73 Ordo sacrae scripturae per annum legendae. f. 75 Expositio psalmorum 57, 85, 64 et 82. f. 95 Homilia S. Caesarii, Bibl. Patr. VIII, 837; f. 98 homilia in Evangelium: homo quidam descendebat de Jerusalem, 'Cum divina lectio legeretur, fratres'. f. 100 de penitentia et de esu carnium, de quatuor Joachim, sex Mariis et quinque annis scripturae. f. 102 Dicta S. Isidori. f. 104 Homilia Augustini inc. Ista omnia fratres sollicita consideratione (ex Eligii libro de rectitudine cathol. conuers.). f. 106 De fraude cauendo (= cap. XIX ex Alcuini libro de virt. et vit.). f. 107 De inuidia = cap. XXII eiusdem libri. f. 107ᵇ Sermo Isidori, excerptus ex lib. I Soliloquiorum. f. 109 Dicta Augustini de resurrectione. f. 111 Caesarii sermo de fide symboli et bonis moribus. — f. 113 Expositio psalmorum 48 et 51. f. 118 Explicatio quorundam textuum evangelii. f. 121 De uxore Loth. f. 122 Commentarius in IV Evangelia. f. 156 Symbolum Constantinopolitanum.

1452 **14471** (Em. E 94) membr. in 4⁰. s. XII. 128 fol.
Hugonis de S. Victore homiliae in Ecclesiasten. f. 113 Sermo de omnibus Sanctis.

1453 **14472** (Em. B 95) membr. in 4⁰. s. IX. 166 fol.
Homiliae in epistolas, pleraeque **Rabani Mauri**, aliae ab ignoto compilatore ex variis Patrum scriptis excerptae, ut ostendit Sanftl in Catal. I, 182 sqq.

1454 **14473** (Em. E 96) membr. in 4⁰. s. XII et XIII. 144 fol.
Vitae Sanctorum. f. 1 de miraculis S. Georgii, f. 9 de inventione capitis Georgii, f. 9 sermo Zachariae episc. de Georgio, cf. Pezii Thes. IV. II, 17. f. 15 **Bernardi** uita S. Malachiae, f. 54 vita S. Erhardi episcopi, a Paulo vel Paululo quodam conscripta et Heilicae superioris monasterii Ratisbonensis abbatissae dicata, f. 62 vita Alberti (Albarti) archiep. Casellensis in Hibernia, cf. Pez l. c. II, III, 181. f. 64 vita S. Ottiliae, f. 74 passio S. Eustachii et sociorum, f. 82 vita S. Marthae, f. 94 passio S. Catharinae. f. 108 **Haimonis** vita b. Willehelmi abb. Hirsaugiensis; cf. Pertzii Scrippt. XII, 211. f. 126 passio Thomae Cantuariensis archiep., f. 130 vita Leonardi confessoris, f. 141 passio S. Priscae.

1455 **14474** (Em. E 97) membr. in 4⁰. s. XIII. 112 fol.
Evangelium S. Lucae cum glossis.

1456 **14475** (Em. E 98) in 4⁰. s. XV. 179 fol.
Registrum in libros Decretalium, in Augustini quaestiones super genesim, in librum genesis etc.

14476 (Em. E 99) membr. in 4°. s. XIV. 61 fol. **1457**
Commentum in Boetii lib. de disciplina scholarium. f. 17 Comment. in Priscianum maiorem, inc. 'Sermocinalis scientia cum sit de sermone'. In fine: Expliciunt dicta **Rudberti**.

14477 (Em. E 100) membr. misc. in 4°. s. XI et XII. 83 fol. **1458**
F. 1 s. XI. **(Sallustii)** Liber Catilinarius et Jugurthinus; praecedit vita scriptoris.
f. 57 s. XII. **Bernonis Augiensis** abbatis prologus in Tonarium. Epistola ad Piligrinum deest, reliquus liber integer est. f. 63 Eiusdem epistola (ab initio mutila) ad Aribonem Moguntinum archiep. de ratione qua aduentus domini hòc anno sit celebrandus cum huius rescripto. — f. 72 Ratio generalis de initio aduentus domini secundum auctoritatem Hilarii. f. 74 **Bernonis** prologus de obseruatione ieiunii nostrorum temporum. f. 75 Dialogus inter eundem et monachum gerungum habitus qualiter nostrorum temporum ieiunia per sua sabbata sint obseruanda.

14478 (Em. E 101) membr. in 4° min. s. XII et IX. 165 fol. **1459**
F. 1 s. XII. **Augustini** de genesi contra Manichaeos libri II. f. 39 **Isidori** dicta de esu carnium vel piscium. f. 40 **Alcuini** expositio in Ecclesiasten (finis deest).
F. 78 s. IX. **Bedae** expositio in actus apostolorum, f. 157 expositio nominum locorum vel ciuitatum quae leguntur in actibus apostolorum. — In Bedae scriptis hic inde glossae germanicae margini appositae sunt.

14479 (Em. E 102) membr. in 4°. s. XIV. 64 fol. **1460**
Petri de Riga Aurora. Adiecta est f. 64 expositio orationis dominicae.

14480 (Em. E 103) membr. in 4°. s. IX. 215 fol. **1461**
Gregorii moralium in Iob libri XVII—XXII.

14481 (Em. E 104) in 4°. s. XV. 313 fol. **1462**
Sequentiae per annum. f. 172 Hymni per annum.

14482 (Em. E 105) membr. misc. in 4°. s. XII—XV. 159 fol. **1463**
Fol. 2 s. XII. Commentarius in Ouidii Metamorphoses. f. 12 Alius comment. in eosdem libros. f. 27 iterum alius.
f. 52 s. XIII. **Ouidii** liber de remedio amoris.
f. 58 s. XIV. **Horatii** epistolarum libri II cum commento in marginibus adscripto et cum glossis interlinn.
f. 81 s. XIV. **Gaufredi Anglici** Poetria nouella. Cf. Leyseri h. poet. med. aeui p. 855.
f. 118 s. XII. **Cornuti** commentum in Persium.
f. 151 s. XV. **Donati** vita Vergilii.

14484 (Em. E 107) membr. in 4°. s. XIII. 59 fol. **1464**
Commentarius in Evangelium S. Matthaei.

14485 (Em. E 108) membr. in 4°. s. XI. 150 fol. **1465**
Hroswithae carmina. Ex codice unico postremum edidit Barack a. 1858. In ultima pagina alphabetum cyrillicum et glagoliticum adiectum est.

1466 **14486** (Em. E 109) in 4°. s XV. 88 fol. codex in Italia pulcherrime exaratus.

F. 1 **Albii Tibulli** libri IIII.

f. 38 Sapphus epistola ad Phaonem quae **Ouidii** fertur sive Heroid. XV.

f. 43 **Ouidii** Amorum libri III.

1467 **14487** (Em. E 110) membr. in 4°. s. IX. 82 fol.

Augustini Enchiridion.

1468 **14488** (Em. E 111) membr. in 4°. s. X. 73 fol.

Commentarius in editionem secundam Donati.

1469 **14489** (Em. E 112) membr. in 4°. s. XIII. 155 fol.

Hugonis de S. Victore Summa sententiarum.

1470 **14490** (Em. E 113) membr. in 4°. s. XI. 167 fol.

Othloni varia scripta. f. 1 Libellus manualis de admonitione clericorum et laicorum, ed. Pez, Thes. III, II, 403. f. 16 Sermo metricus ad clericos specialiter dictus. f. 19 Versus de die iudicii, Pez l. c. 481. f. 19 Sermo in natali apostolorum l. c. 539. f. 23 Libellus prouerbiorum l. c. 485. f. 49 Epistola ad amicum l. c. 253. f. 51 Oratio ad Deum l. c. I, I, 421. f. 54 Oratio metrica l. c. III, II, 480. f. 55 Liber de cursu spirituali l. c. 259. f. 156 De miraculo quod nuper accidit cuidam laico l. c. 398. f. 158 Oratio cuiusdam peccatoris, eadem quae supra fol. 51. — f. 161 Oratio teutonica, inc. trohtin almahtiger, postremum edita in: Müllenhoff et Scherer, Denkmäler n. 82 et p. 502 sqq. ubi plura ex hoc codice denuo vulgata sunt. f. 163 Fragmentum historicum de translatione S. Dionysii, Pezii Thes. III, II, 400. f. 164 Fragmentum sermonis s. tractatus Othloni in psalmi LII uerba: Dominus de caelo prospexit, qui editus est inter opera Bedae VIII, 903; huius tractatus initium et finis desunt. Codex ipsius Othloni manu exaratus est.

1471 **14491** (Em. E 114) membr. in 4°. s. XI. 191 fol.

Augustini libri II de nuptiis et concupiscentia, praemissis cap. 53 libri II Retractationum et epistola ad Valerium comitem, f. 58 liber de bono coniugali, f. 78 de sancta uirginitate, f. 107 de bono uiduitatis, f. 124 libri duo retractationum, f. 183 epistola (167) ad Hieronymum cum huius responso. f. 57 Interiecti sunt duo tractatuli: Quid sit mulomedicus vel tripedica: Quid sit collibertus.

1472 **14492** (Em. E 114) membr. in 4°. s. IX. 141 fol.

Quaestiones Orosii et responsiones Augustini (extant inter scripta spuria Augustini). f. 39 **Martini Dumiensis** formula uitae honestae. f. 48 **Augustini** sermo de X chordis. f. 70 Eiusdem lib. de disciplina. f. 84 Augustini (immo Isidori Hispal.) liber I de confessione, inc. 'Deus omnium mirabilium auctor'. f. 110 **Augustini** lib. de agone christiano.

14493 (Em. E 116) in 4°. s. XVI. 133 fol. 1473
Sequentiae et hymni per annum.

14494 (Em. E 117) in 4°. s. XVI. 171 fol. 1474
Glossae in 49 priores psalmos cum devota oratione cuilibet psalmo subiuncta.

14495 (Em. E 118) membr. in 4°. s. X et XII. 128 fol. 1475
Bedae expositio in Actus apostolorum cum expositione nominum locorum vel civitatum ibidem memoratorum. — f. 42 Hieronymi commentarius in Danielem. f. 82 Liber de officiis ecclesiasticis (non integer).

14496 (Em. E 119) in 4°. s. XVI. 209 fol. 1476
Philippi Gualteri Alexandreis. f. 117 **Pindari Thebani** epitome Iliados Homeri. f. 163 **Theobaldi** episcopi physiologus cum commentario. f. 176 **Heinrici Septimellensis Pauperis** elegia de diversitate fortunae.

14497 (Em. E 120) membr. in 4°. s. IX init. 54 fol. 1477
